De fixis quae dicuntur deorum et heroum epithetis.

Quum nulla a veteribus grammaticis regula tradita sit nec tradi possit (v. Lob. Parall. Diss. V.) qua substantiva et adjectiva discernantur, recentiores grammatici nomine attributivorum ea significare coeperunt quae tamquam medium inter substantiva et adjectiva tenent locum. Nomen attributivum ipsum apud Romanos nunquam legitur, et attributum id quod nos praedicatum dicere solemus significat. Res autem veteribus grammaticis non magis ignota erat quam nostris. Priscianus II. p. 74. (Krehl.) „Adjectivum, inquit, est quod adjicitur propriis vel appellativis et significat laudem vel vituperationem vel medium vel accidens unicuique. Accidens id est suum uniuscujusque, ut niger corvus et altum mare. Inveniuntur tamen etiam in propriis quaedam hujuscemodi ut Gradivus Mars et Ennosigaeus Neptunus et Quirinus Romulus etc.“ Graeci grammatici ea epitheta quae accidens uniuscujusque significant *ἐπίθετα κατ' ἰδιότητα* s. *εἰς ἰδιότητα* (v. c. Phavorinus p. 1526, 25.) s. *ἐν ἰδιότητι* vocant. Sic Eustathius p. 1147, 56. *τὸ δὲ Κυλλοποδίων*, ait, *οὐ σκωπτικῶς Ὅμηρος ἔφη σιλλογραφῶν εἰκῆ, ἀλλ' ἢ κατ' ἰδιότητα ἢ πρὸς ἀπόδειξιν*, pro quo *κατ' ἰδιότητα* idem utitur p. 73, 30, ubi postquam de aliis navium epithetis exposuit, sic pergit: *κοῖλαι δὲ οὐ διασταλτικῶς ὀνομάζονται ἀλλὰ κατ' ἰδιότητα.* Idem significat *ἰδίως* apud eundem p. 1753, 58. *ἰδίᾳ* p. 19, 7. 184, 36. Schol. Il. XVI 185, alibi.

Ἐπίθετα ipsa pro quo *κατηγορικὰ* dicit Schol. Dionys. gr. 864. a Graecis ea appellantur quae a latinis grammaticis (Prisc. II. p. 72. cf. Macrob. Sat. I, 24, 19.) adjectiva, a Quinctiliano X, 4, 24. [1]) apposita appellantur. Quae nos arctiore hujus vocis significatu epitheta dicere solemus, modo *ἐπίθετα* modo *ἐπιθετικὰ* (v. c. Herod. ad Il. *π*, 57) dicuntur. Persaepe apud Eustathium *κοίλη Λακεδαιμὼν ἐπιθετικῶς* (p. 293, 29), *κραναὴ Ἰθακὴ ἐπιθετικῶς* (p. 1414, 58), *κρατερώνυχες ἵπποι καὶ ἡμίονοι ἐπιθετικῶς* (p. 156, 10) [2]) et alia plurima legimus. Sed, uti jam diximus, utraque voce et *ἐπιθέτῳ* et *ἐπιθετικῷ* promiscue utuntur, et *ἐπιτίθημι* alicui epitheton tribuere significat. v. Schaef. ad. Schol. Par. Ap. Rh. II, 11. Pro *ἐπιθετικῶς* si de deorum epithetis loquitur Eustathius nonnunquam *ἐπωνυμικῶς* dicit. Quanquam scio, cognomina et epitheta deorum et heroum saepius discerni, tamen utraque interdum eodem intellectu usurpata reperi v. c. Eust. p. 816, 26. cf. 1485, 4. 169, 26. 711, 52. 1885, 52. Contra Hesychius, Suidas, alii saepe pro *ἐπωνυμία* vel *ἐπίκλησις* utuntur voce *ἐπίθετον*.

[1]) cf. V, 10, 86. IX, 2, 10. al. ll.
[2]) cf. 1655, 45.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eam rationem atque viam quam in dividundis epithetis Charisius lib. IV. Donatus (de barbarismo), Dammius in lex. et alii quos Conradus Dinnerus commemorat in libro „Epithetorum graecorum farrago locupletissima" Praef. et nuper Schulze „*Verzeichniss der Homerischen Epitheta*" Progr. schol. Zullich. 1851. secuti sunt nobis ingredi non licet. Hi enim non de attributis quae dicuntur sed de omnibus adjectivis disserunt. Praeterea difficile est dictu quaenam deorum et heroum epitheta ab animo quaeque a corpore aut extrinsecus sumta sint. Postremo eorum epithetorum de quibus nos exponere in animo habemus parva tantum pars discretionis causa *πρὸς διαστολὴν* (Eust. p. 108, 10. 543, 22. 620, 3. 1505, 24. etc.), minor etiam ornatus causa (cf. Meyer Comment. de epith. ornant. vi.) propriis additur. Itaque haud scio an melius fuerit faciliorem eamque simpliciorem designationem substituere. Sed quoniam de communibus epithetis (*κοινὰ* s. *καθολικὰ*) et de temporariis hoc loco agere non licet, perpetua s. fixa (*κύρια* s. *ἰδιώνυμα*) tantum percensere malui simili ratione usus qua ante hos paucos menses utebatur Dr. Theodorus Fischer in dissert. De differentiae orationis homericae et posteriorum epicorum in usu et significatione epithetorum. Regim. 1851.

Quaenam autem epitheta fixa quaenam communia dicenda sint, in universum difficilis vel adeo insolubilis est quaestio. Nullum enim, uti in progressu videbimus, epithetum tam fixum aut tam proprium est, quin ad alios heroes vel deos transferri possit. Iidem poetae qui *Λίκην πανόψιον*, *Ἀπόλλωνα πανόψιον*, *Ἥρην* et *Θέτιν πασιμέλουσαν*, *ταλαεργὸν γυναῖκα* et *τ. Ἀθήνην*, *Ἥλιον δολιχόσκιον* atque similiter alia multa dixerunt, haud dubie versa vice deorum epitheta et ad personas et ad res parum aptas transtulerint. Itaque quae ab Homero certo cuidam deo vel heroi proprie attribuuntur, ea fixa dico; et exemplis illustrare mihi proposui quemadmodum recentiores poetae ab Homero recesserint. Latinum vocabulum transferre ambiguum est; graeci grammatici hunc recentiorum poetarum ab Homero alienum in utendis epithetis deflexum figurae quae vocatur *ἀκυρία* s. *ἀκυρολογία* s. *κατάχρησις* [3]) adnumerant, latini abusioni vel improprietati. Gell. I, 22. extr. Hoc ipsum non magis quam Quinctiliani (VIII, 2, 4.) improprium apud antiquos scriptores legitur, sed non habet quo substituatur. v. Ernesti Lex. technol. lat. p. 311.

At vero non quemvis hujuscemodi usum diversum ab Homeri usu abusionem esse per se patet. Nam quod epithetis *ἐρισθενής*, *ἀνδροφόνος*, *μιαιφόνος*, *πολύβουλος*, *ἐχέφρων* et horum similibus alii aliter usi sunt, non est cur miremur. Quibus autem finibus haecce abusio regatur quaerimus incassum; nam aliquot epitheta nunquam transferuntur. Et hanc quaestionem solvendi difficultas ea re augetur quod significationem longe plurimorum epithetorum prorsus ignoramus. His rebus accedit theocrasia qua Solis epitheta ad Apollinem, Dianae ad Hecaten, Ilithyiarum ad Dianam etc. transferuntur. Ergo nisi theocrasiam ipsam abusionem dicere volumus, id quod illa effecit, vix improprietatem dictionis appellare poterimus.

Jam, si placet, ad rem ipsam transeamus. Quum a posterioribus poetis propria heroum epitheta ad deos, deorum ad heroes transferantur, non timeo, ne vitio mihi detur, si literarum ordinem secutus de heroibus et diis promiscue dissero:

[3]) Eustathius quod Nicander sibi permisit *ἀσπίδα ἰοχέαιραν* dixit *μετάληψιν*. Tzetzes quanquam saepe *καταχρηστικῶς*, *καταχρηστικοτέρως* dicit, hanc figuram *παράχρησιν* vocat Chil. X, 756.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

verum illud multo magis timeo ne nil nisi exempla collegerim. Eos deos et heroes, ut Machaonem, Podalirium al., quibus nullum epithetum proprium est, tacite omittam. Agnomina, uti jam supra dixi, et ea epitheta quae a posterioribus poetis ficta certis diis propria sunt, item praeterii. — Heroum agmen ducat

1. Achilles. Epithetorum hujus herois ordinem incipiam a *ποδώκης* quod etsi ne ab Homero quidem uni tantum Achilli tribuitur, tamen *εἰς ἰδιότητα* ipsius a grammaticis positum putatur. v. Herod. Il. II, 764. In Odyssea semper Aeacidae est quanquam bis tantum legitur XI, 476. et 537. ut *ποδώκεος Αἰακίδαο* (cf. Köchly Proleg. Qu. Sm. p. XLIX), *ποδώκεϊ Πηλείωνι* et *ποδώκεα Πηλείωνα* saepe in Iliade, *ποδώκης Ἀχιλλεὺς* semel Il. XVIII, 234. quod mutuatus est Callistratus in Brunckii Anal. I, p. 155. et semel *ποδώκεος (ἀντ') Ἀχιλῆος* Il. XX, 89., unde sua transscripsit Quintus Cal. VII, 633. Praeterea ab Homero nulli quidem heroi tribuitur; nam Il. X, 316. non verum epithetum sed praedicatum est, et *Δόλων π.* non magis legitur quam *Πολίτης π.*, *Πολύδωρος π.*, quorum ille *ποδωκείῃσι πέποιθε*, hic *ποδῶν ἀρετὴν ἀναφαίνει* ac *πόδεσσι (δὲ) πάντας ἐνίκα.* cf. Schol. Il. XX, 410. Qui hoc nimis argute dictum putent eos rogatos velim meminerint nos non omnes reges et heroes quibus certum quoddam praedicatum saepenumero tribuimus eodem epitheto ornare. — At de equis Homerus eo ipso epitheto utitur Il. II, 764. XVII, 14. XXIII, 376. cf. Hes. sc. 191. Qu. Sm. II, 637. v. Doederl. Gloss. Hom. I, §. 180. (qui quum scriberet Not. 100. non meminisse videtur luculentae Ellendtii observationis ad Arrian. I, 1, 17.) Hinc Matro in ep. Br. Anall. T. II, p. 249 *ποδώκεας ὄρνιθας* sumsisse videtur. Diversam pro diverso usu accentus praeceptionem ex veteribus grammaticis affert Lobeckius post Phryn. p. 534. cf. Lehrs. Herod. p. 712. Sed non poterit exemplum proferri accentus mutati in adjectivis deo vel heroi alicui praecipue adjungi solitis. v. Lehrs. Quaestt. epp. p. 163. Herod. p. 327.

Ποδώκης δ' Ἀταλάντη quod Hesiodus praebet Th. 302. jam ab Herodiano l. c. commemoratur. Idem Chimaerae hoc epitheton apposuit Th. 320.; *ποδώκεος Ἀκταίοιο* Tzetzes dixit Posthom. 557.; *π. ἄνδρας* Nonnus XXXVI, 619. Apud tragicos [4]) *ποδώκης* improprie id quod *ὠκὺς* significat: Aesch. Sept. c. Theb. 605. Choeph. 569. fragm. 269. Superlativo *ποδωκήεστατος* ita ficto ut *θαρσηέστατος* Apollonius Rh. I, 180. utitur (de Euphemo). cf. Lobeckius *ὁ ἕτερος* Quaestt. ion. Lib. I, p. 39. *Ποδῶκυς* quod codd. aliquot in Dolonia offerunt apud pedestris sermonis scriptores haud raro reperitur. v. Lob. Phryn. p. 537. sq. [5]) Sed ab *ὠκὺς* analogiae convenienter non *ποδῶκυς* sed *ποδώκης* derivari potuisse exemplis l. c. p. 534 sqq. allatis sat comprobatum est. *Πόδας ὠκὺς* [6]) in Iliade itidem semper Achillis est epitheton et semper in exitu versus ponitur *π. ὠ. Ἀ.* ut in Epigr. *Ἄδεσπ.* CL, 2. (Br. Anall. III, p. 179). In Odyssea *Ὀρσίλοχον πόδας ὠκὺν* reperimus XII, 260. *Ὠκὺς πόδας* nusquam legitur et *ταχὺς πόδας* (*ἵππος*) apud unum Apollonium Rh. IV, 1377. In Iliadis libro XIII, 249. 482. quos locos Passovius affert ego *πόδας ταχὺ* (de Merione) reperi. cf. XIII, 2. XVII, 676. XIII, 348.

[4]) Multorum aliorum cum *ποὺς* compositorum ubi prior compositionis pars quiescit exempla collegit alicubi Lobeckius.

[5]) Idem cum *ποδώκης* comparat *ἀνεμώκης* quod praeter Arist. Avv. 697 etiam apud Nonnum reperi XVIII, 8.

[6]) *Πόδας ὠκέα* Iridis est. v. n. 15.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

XVII, 709. XVIII, 358. Theogn. 715 (πόδας ταχεῶν Ἁρπυιῶν [7])). Ὠκύπους quod apud Homerum semper equorum [8]) est epitheton cf. Theogn. 885. Soph. El. 689. (ὦ ἀγών) leporis apud Hesiodum sc. 302., cervorum Soph. O. C. 1095. Opp. Cyn. II, 176. Phil. de anim. propr. XIII, 3. p. 240., canum Eur. Hipp. 1121. attribuitur etiam diis: Apollini ab hymnographo in Br. Anall. II, p. 518. in ult. versu, Mercurio ab Euripide Hel. 250.

Ποδάρκης quod in Odyssea non reperitur, in Iliade semper cum δῖος Ἀχιλλεὺς conjungitur (ποδάρκεος ἄντ' Ἀχιλῆος non reperi nisi apud Quintum I, 130.), Pindarus transfert ad tempus Ol. XIII, 38. ποδαρκὴς ἡμέρα ubi accentu ultima notatur. Alteram de accentu hujus adjectivi regulam commemorat Lehrsius Quaestt. p. 159. Apud eundem poetam Pyth. V, 33. ποδαρκέων δρόμων non participium a ποδαρκέω sed genitivus pluralis numeri est. v. Boeckh. p. 475.

Praeter celeritatis epitheta Achilli Ῥηξήνωρ tribuitur non solum ab Homero Il. VII, 228. XIII, 324. XVI, 146. 575. Od. IV, 5. sed etiam ab Hesiodo Th. 1007. et in Epigr. Ἄδεσπ. DCXVI, 1. quamvis Ulixes quoque de se glorietur ἦ μὲν δὴ θάρσος μοι Ἄρης τ' ἔδοσαν καὶ Ἀθήνη καὶ ῥηξηνορίην Od. XIV, 216. Aristoteles autem (in Br. An. I, p. 180.) Ἡρακλείδην ῥ. dixit et is qui hymnum in Br. An. II, p. 518. conscripsit Ἀπόλλωνα ῥ. Nonnus qui de industria illud adscivit XL, 15. Κοιριβίην ῥ. XLVI, 72. ῥ. Βάκχη idem ad res transfert: ῥ. θύρσῳ XXIX, 237. XXXV, 340. XLIII, 75. XLVIII, 87. ῥ. φωνῇ Paraphr. cap. XVIII, 35. ῥ. μόχθον in Prooem. ad Dionysiaca.

2. Agamemno. Mirum fortasse est quod Homerus Εὐρυκρείων epitheton semel tantum deo tribuit ἐ. Ἐνοσίχθων Il. XI, 701. In Odyssea uno tantum loco reperitur Ἀτρείδης ἐ. Ἀγαμέμνων III, 248. saepissime in Iliade I, 102. 355. 411. III, 178. VII, 107. 322. XI, 107. XIII, 112. XV, 273. XXIII, 887. Patronymico non addito Agamemno hoc epitheto ornatur Il. XI, 238. — Simplex et diis et heroibus, inque his Eteoneo (Od. IV, 22.) apponitur, longe saepissime iisdem quibus εὐρυκρείων convenit. Femininum εὐρυκρείουσα (quanquam κρείουσα Il. XXII, 48. reperitur) inauditum est.

Κύδιστος et regi deorum et hominum principi tribuitur, semel (κυδίστη Τριτογένεια Il. IV, 515.) Minervae. Quod si illis apponit Homerus semper vocativo utitur Ζεῦ κύδιστε [9]) et Ἀτρείδη κύδιστε ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγάμεμνον in versu qui sexcenties apud Homerum redit. Ab hoc usu quantum discesserint Attici notum est. Itaque ex magna exemplorum copia haec pauca ex poetis subjiciam: Ἀγχίση κ. Hom. h. Ven. 108. 192., κ. Αἰακοῦ Ap. Rh. III, 364. Μαρκέλλου φωτὸς κυδίστοιο Epigr. Ἄδεσπ. DLXXIX, 2. Γόνε κ. de Jesu Christo Synes. h. IV, 90. 164. 226.

Femininum κυδίστη Latonae tribuitur Hom. h. Ap. 62. Junoni h. Ven. 42. cf. Ap. Rh. II, 719. (κ. δαίμονα) Agath. ep. XLIX, 4. (κ. Σοφίη). Et Nicander novum superlativum finxit Theriac. 3. Ἑρμησιάναξ πολέων κυδίστατε παῶν. — Κυδρὸς et κυδνὸς multis deabus sunt propria.

[7]) Similiter semper πόδας ὀργοὶ legitur; ἀργίποδες homericum est (v. Lexica), ἀργίποσιν κυσὶν legitur apud Pseudo-Phocyl. 136.

[8]) Idem valet de ταχύπους Eur. Bacch. 730.

[9]) Idem Ζεῦ κύδιστε ligitur Hom. h. XX, 4. Hes. Th. 548. Theocr. XVI, 82; sed κυδίστῳ Κρονίδῃ Maneth. II, 475.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

3. Ajaces. Ajacis Salaminii epitheton fere fixum et perpetuum est ὁ μέγας. v. Lob. Aj. v. 205. Schol. Il. XVI, 358. ἡ διπλῆ, ὅτι συγκριτικῶς λέγεται πρὸς τὸν ἕτερον Αἴαντα ὁ μέγας ὁ Τελαμωνίδης, ἐπεὶ ἐκεῖνος μείων. cf. praeter Homerum, ubi sexcenties ei tribuitur (in Odyssea ubi Ajax raro commemoratur nunquam) et Quintum Theocr. XV, 138. Soph. Phil. 418. Σακεσφόρος quoque Telamonidae per excellentiam tributum esse volunt grammatici.

Ajaci Locrensi epitheton ταχὺς convenit. Schol. Il. X, 110. (Αἴαντα ταχύν) διέσταλκε δὲ προςθεὶς ταχὺν et Schol. Il. X, 175. ἡ διπλῆ, ὅτι διαστέλλει τῷ ἐπιθέτῳ τὸν Λοκρὸν τοῦ Τελαμωνίου. — Sic legitur Οἰλῆος ταχὺς Αἴας Il. XIII, 66. XIV, 442. XVII, 256. XXIII, 473. 482. 752. Tryph. 165. 647. et Οἰλῆος ταχὺς υἱός Il. XIII, 701. XIV, 528. Achilles item simpliciter ταχὺς dicitur Il. XVIII, 69. et ὠκὺς saepius, sed nunquam hujus epitheta ad Oïleïdem transferuntur.

4. Amazones. Ἀντιάνειρα quod genere masculino caret ut βωτιάνειρα, κυδιάνειρα sim., Amazonibus tribuitur Il. III, 189. VI, 186. cf. Eustath. p. 403, 14. 635, 54. Doederl. Gloss. hom. I, p. 200. Hinc Tzetzes Πενθεσίλειαν ἀντιάνειραν sumsit Antehom. 12. Coluthus autem ἀντιάνειραν Ἀθήνην dixit v. 170 et Nonnus κούρην ἀ. (de Diana) XLVIII, 248. ubi editores Graefio priores male Ἀντιάνειραν tanquam nomen proprium scripserant. Pindari στάσις ἀ. ex lexicis nota est. Plura de Amazonibus et de attributis earum invenies apud eos viros doctos quos commemorat Ellendtius ad Arrian. VII, 13, 7.

5 et 6. Apollo et Diana. Φοῖβος quod inter μαμμωνυμικὰ refertur v. Lob. Path. p. 58 dei nomini praeponi solet. Ἀπόλλων Φοῖβος apud Homerum quater legitur et in Wolfii et in Spitzneri editione quod miror neglectum esse in lexicis nostris. Il. XVI, 700. XX, 68. XXI, 515. 545. Omnibus his locis Φοῖβος Ἀπ. contra metrum esset. Praeterea Ἀπ. Φοῖβος [10]) hoc ordine reperitur Hes. fragm. CLIV, 1. Ap. Rh. I, 759. Orph. L. 354. et Theod. Prod. Galeom. 191. Ἄπολλον Φοῖβε ἁγνομάντι Λοξία. Hoc quod modo commemoravi Dei agnomen alibi nusquam cum Φοῖβος aut cum Ἀπόλλων conjunctum reperi.

Ἑκάεργος quod in Iliade hymnis etc. saepissime Apollinis epitheton est et per ἀντονομασίαν nomini proprio aequalem habet vim in Odyssea semel tantum legitur VIII, 324. Femininum Ἑκαέργη nomen vel epitheton Dianae esse (v. Spanuh. Call. Del. 292) et pro Diana poni videtur in versiculo Brauchi ap. Clem. Al. Strom. V, p. 674. Alia epitheta sunt Ἕκατος et Ἑκάτη. In Odyssea neutrum legitur. Ἄρτεμιν ἑκάταν Aesch. Sup. 661. Et posthac Dianam et Hecaten confundi docet Lob. Agl. p. 79. Ne Ἑκηβόλος quidem in Odyssea legitur, sed in Iliade, hymnis et postea saepissime. cf. Soph. O. C. 162. Euphor. I, 3. (Meinek. II, 3.) Epigr. Ἄδεσπ. CXLVIII, 1. Orph. Arg. 1364. Transfertur etiam ad alios: ad Dianam Soph. fr. Meleag. I, 2. Nonn. XV, 187. ad Cupidinem Id. XV, 187. Bion. XVII, 6. ad Hymenaeum Nonn. XXIX, 46. XXXVII, 723. ad Bacchum ibd. XXX, 307. ad Auroram Tryphiod. 210. Nonn. Paraphr. I, 708. Dionys. XXXIV, 124. Homerico usui propiores sunt haece abusiones: ἔγχος ἑ. Ap. Rh. I, 769. τόξον ἑ. Christod. 317. cf. Aesch. Prom. 713. Eum. 598. Eur. Phoen. 1116. Or. 260. Herc. f. 466. βέλος ἑ. Nonn. XXIX, 164. σφενδόναις ἑ. Eur. Phoen. 1151. Itaque non est cur

[10]) Num hoc hyperbaton est? cf. Lob. Parall. p. 64.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

miremur quod hic ille sagittarius sic vocatur ἑ. τοξότης Phil. de anim. propr. XXXI, 16. Τεῦκρος ἑ. Tryph. 170. ἑ. Μορύνεὺς Nonn. XXVI, 98. XXIX, 10. ἑ. Τέκταφος XXVI, 101. ἑ. Ἀχάτης XIII, 309. Βάκτρων ἑ. ἔθνος Opp. Hal. IV, 205. — Majorem dicendi libertatem Nonnus sibi permisit his locis: ἰκμάδα ἑ. XXXIII, 93. ἑ. ὁλκὸς XXVIII, 137. ἑ. δάκτυλα XXXVII, 229. ἑ. σύμβολα νίκης Paraphr. XXIX, 124. et apud eundem Par. XXI, 28. ἑκηβόλα δίκτυα fere putaverim poetam retia procul jacta in animo habuisse. Minus offendimur Dionys. XI, 376. ἑ. αἴγλη. — Femininum non reperi nisi Eur. Jon. 211. Διὸς ἑκηβόλῃσι χερσὶν in cantico pro quo Hermannus et Elmslejus ἑκηβόλοισι scribunt probatum a Lobeckio Parall. p. 461.[11]) Superlativum adnotavit Stephanus s. v.

Ἑκατηβόλος haud dubie ab ἕκατος (ἑκάτη) originem traxit, non ab ἑκαβόλος ut Etym. M. p. 320, 1. dicit πλεονασμῷ τῆς τη συλλαβῆς. cf. Lob. Path. p. 143. In Odyssea legitur VIII, 339. et XX, 278. saepius in Iliade, hymnis alibi et apud Nonnum VII, 105. licet idem νυμφίος ἑκ. dixerit XXIX, 182 et Pindarus ἑκατηβόλων Μασᾶν τόξων, scriptor Lithicorum ἥρως ἑ. 388. 764. — Idem significat ἑκατηβελέτης Il. I, 75. hymn. Ap. 157. Hes. sc. 100. cf. Boeckh. Inscr. Vol. I, p. 590. n. 1176. atque ἑκηβελέτης Orph. fragm. XXVIII, 11. (ed Herm.) quo neque Homerus neque alius poeta utitur. Praeter haec quae attulimus apud Homerum fixa sunt Κλυτότοξος et Ἀργυρότοξος. cf. Nonn. XXIX, 183. et XXVII, 263. ubi Graefius κλυτόδοξε edidit quod erratum typographicum putarem esse nisi rediret XVI, 437. ubi κλυτότοξης Ἀμαζὼν legendum erit ut XXIV, 158. cf. XXXIX, 322. λόγιος κ. Scriptor Cynegeticorum adeo Ἀρμενίην κ. dixit IV, 355. quae similis est illi abusioni in fr. Hom. 38. Λαρδανίην κλυτόπωλον. — Ἀργυρότοξος epitheton praeter Homerum et multos alios etiam Christodorus 392. Apollini tribuit. Χρυσότοξος primum apud Pindarum legitur Ol. XIV, 11.[12]) Χρυσάορος autem jam apud Homerum Il. V, 509. XV, 256. cf. Hom. h. X, 3. h. Ap. II, 217. Aliter res se habet apud posteriores ubi Dianae est Anthol. gr. XIV. n. 98. cf. Herod. VIII, 77. Jovis Strab. XIV, p. 660. v. Heyne Apollod. III, 10, 8. Cereris Hom. h. Cer. 4. In Orph. Lith. 545 ubi ᾱ correptum foret Hermannus χρυσοπάτρῳ edidit. Χρυσάωρ ni fallor apud Homerum non legitur. cf. Hes. opp. 771. fr. CLXIII, 3. Pind. Pyth. V. 104. Ap. Rh. III, 1282. (cf. tamen Ziegler. Observatt. in Ap. Rh. Argon. Progr. schol. Stuttg. 1846. p. 4.) Orph. Arg. 24. Pindarus autem duobus aliis locis fr. 84. et 86. p. 654. Boeckh. Orpheum, Oeagri filium, χρυσάορα dicit quod nomen Hesychius χρυσοκίθαρις interpretatur ex usu τῶν νεωτέρων. Lob. Agl. T. I, p. 321. Ἀφήτωρ invenitur Il. IX, 404. ubi Schol. A. et B. ἀφήτορα δὲ τὸν Ἀπόλλωνα ἐπιθετικῶς οὐ κοινότερον ἀλλὰ τὸν Πύθιον τὸν ὁμοφήτορα. Hoc ipsum autem quantum equidem scio non legitur nisi apud grammaticos. Εὐρυφαρέτρης Ἀ. Pind. Pyth. IX, 28. fragm. inc. XII. et εὐφαρέτρης Soph. Trach. 212.

Ἥιε Φοῖβε bis apud Homerum legimus Il. XV, 365. XX, 152. cf. Hom. h. Ap. 120. Orph. L. 7. sed ἰήϊος (Aesch. Ag. 147. Soph. O. T. 154. 1096. Qu.

[11]) Substantivi cujus pluralis legitur Il. V, 54. Nonnus singulari numero utitur XXIX, 81. ἑκηβολίην Μελανῆος et XXXVII, 740. ἑ. Υμέναιον quem ἑκηβόλον vocat (v. supra) id quod Homerus de Strophii filio sibi non permisit.

[12]) Diana Χρυσότοξος secundum Schol. Soph. Trach. 654 in Euboea colebatur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sm. XI, 169.) *Παιὰν* [13]) (cf. Pausan. I, 34, 2.) *Παιὼν* (Aesch. fr. 264.) *Ἰηπαιήων* ita dictum ut *Ἰόβακχος* (h. Hom. Ap. 332. 339. Ap. Rh. II, 702.) Homero ignota sunt, apud quem Apollo a Paeeone qui deorum est medicus diversus est. v. Lehrs. Arist. p. 181. Hesiodus quoque Paeeonem et Apollinem discernit. v. Schol. Ambr. Hom. Od. IV, 231. Goettl. fr. Hes. CIV, 2. — *Ἠπιόχειρ* quod in h. Ap. in Br. Anall. T. II. p. 518. Apollinis epitheton est scriptor Orph. h. XXIII, 8. XXVIII, 18. LXXIV, 8. cum *ὑγιείᾳ* conjungit. v. Steph. Thes. s. v.

Ἀκερσεκόμης semper fere cum *Φοῖβος* conjungitur Il. XX, 39. Hom. h. Ap. 134. Epigr. in Br. Anall. III, 1. p. 316. (Jacobs. Ep. Append. 243.) Orph. L. 508. Nonn. X, 207. — *Ἀπόλλωνα ἀ.* reperi in h. in Ap. in Br. Anall. II, p. 518. n. 2. et *ἀ. Ἕκατον* Christod. 216. Pro *ἀκερσεκόμᾳ Φοίβῳ* Pind. Pyth. III, 14. Isthm. I, 7. codd. aliquot offerunt *ἀκειρεκόμᾳ.* v. Diss. ad priorem locum et Steph. Thes. Epitheton illud a futuro *κέρσω* formatum est mutata litera *ι* vel *ο* in *ε* ut in *περσέπτολις* et aliis; transfertur autem a Nonno *Βοτρὺς ἀ.* XVIII, 12. Idem saepe forma *ἀκερσέκομος* utitur quae in lexicis nostris desideratur. XV, 49. XLIV, 147. *πλόχμον ἀκερσεκόμοιο διατμήγων Διονύσου* XXV, 161. (de Niso) *τοκῆος ἀκερσεκόμοιο* XXXII, 42. *ἀκερσεκόμου καρήνου* et Par. VII, 35. *ἀκερσεκόμων Γαλιλαίων.*

Σμινθεὺς Il. I, 30. Apollo dictus est non a muribus sed ab urbe troica, non ob eam causam quam legimus Apoll. lex. Hom. 726: *Ἀρίσταρχος ἀπρεπὲς* [14]) *ἡγεῖται ἀπὸ χαμαιπετοῦς ζώου θεὸν ἐπιθέτῳ κεκοσμῆσθαι ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ*, sed quia ab neutris in *ος* exeuntibus nulla substantiva in *εὺς* derivantur.

Χρυσολύρης uti Apollo ab Aristophane dicitur Thesm. 315. cf. Orph. h. XXXIV. per theocrasiam Sol dicitur Orph. h. VIII, 9. Orpheus Aristot. ep. in Br. Anall. I, p. 183 et Epigr. *Ἄδεσπ.* CCCCLXXXIII, 1. *Εὐλύρης* et *Εὔλυρος* multis aliis tribuitur quos enumerare longum et a re nostra alienum est. Eo magis miror quod Aristophanes qui Ran. 229. *εὔλυροι Μοῦσαι* dicit Thesmoph. 969. *εὐλύραν* pro nomine Apollinis posuit.

Agnominum et epithetorum a locis ductorum quae huic deo apponuntur commemorandorum hic nec materia est nec locus.

Soli Dianae ab Homero haec quatuor tribuuntur: *Τοξοφόρος, Ἰοχέαιρα, Κελαδεινή, Χρυσηλάκατος. Ἄρτεμις ἀγροτέρα* (Arist. Lysistr. 1262. Orph. h. XXXVI, 9. Nonn. XLVIII, 349. 846.) Lacedaemone culta Xenoph. Cyn. VI, 13. (Schneid. ad Hellen. IV, 2, 20.) Homero ignota fuisse videtur. Versus Il. XXI, 471. in dubium vocatur. — *Τοξοφόρος* est Il. XXI, 483. Apollo sic dicitur primum in Hom. Ap. 13, 26. cf. Pind. Ol. VI, 59. Simon. ep. CLXVII, 4. Schneidew. — *Ἰοχέαιρα* epitheton a Nicandro ad aspidem venenum fundentem translatum esse ex Athenaeo III, p. 99. a (*Νίκανδρος δὲ ὁ Κολοφώνιος ἰοχέαιραν εἶπε τὴν ἀσπίδα τὸ ζῶον*) et ex Lob. Agl. T. II, p. 856. didici; nam in Schneideri et iu Lehrsii editione hoc fragmentum frustra quaeritur. Neque tamen huic absimile est quod Eustathius dixit opusc. p. 107, 68. *ἰοχεαίρας γλώσσας.* Quod Mnasalc. ep. VI, 1. *ἰοχέαιρα φαρέτρα*

[13]) Hoc Orph. h. LXVII, 1. Aesculapii epitheton est.

[14]) Tragici poetae non veriti sunt Apollinem *λυκοκτόνον* vocare Soph. El. 7. cf. Aesch. Supp. 700. (Phaedimus ep. I, 3. pharetram dei *λυκοκτόνον* dicit); *μυοκτόνον* (ut v. c. Jupiter est *Ἀπόμυιος*, Diana *ἐλαφηβόλος* etc.) nemo Apollinem dixit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dixit fortasse oppositum est *φαρέτρα ἰοδόκῳ*. Sed ne quis hodie *ἰοχέαιρα* ab *χαίρω* repetat cf. Lob. Path. p. 259. Schol. Il. XVI, 465.

Κελαδεινὴ epitheton apud Homerum (cf. etiam Hom. h. Ven. 16, 119. h. X, 1.) fixum esse ex eo cognoscitur quod antonomasivum est. Schol. ad Il. XXI, 511. *ἡ διπλῆ ὅτι ἠρκέσθη ἐπιθέτοις*. Semel quidem etiam *Ζέφυρος* sic cognominatur Il. XXIII, 208. et in Epigr. in Br. Anall. II, p. 271. n. XXIII, 4. *κ. πηκτίδα* legimus.

Χρυσηλάκατος ut ab Homero (Il. XVI, 183. Od. IV, 122.) sic Hom. h. X, 170. h. Ven. 16. 119. Soph. Trach. 624. Dianae tribuitur; at Simonides fr. p. 50. *χρυσαλακάτου Λατοῦς* Pind. Ol. VI, 105. *χ. Ἀμφιτρίτας* Id. Nem. V, 36. *χ. Νηρεΐδων* Id. fragm. VII, 1. *χ. Μελίαν* dicit. De *εὐηλάκατος* lexica adeas. Reliqua hujus deae epitheta satis trita et vix quae commemorentur digna sunt *τοξότις* [15]) Orph. h. XXXVI, 2. Philipp. ep. XLVII, 1. (Brunck II, p. 226.) *τοξόδαμνος* Diphil. fr. Com. Mein. T. IV, p. 388. cf. Eustath. p. 1678, 18. et Eur. Hippol. 1441. *θηροκτόνος* Eur. Iph. A. 1575. et alibi, *ἐλαφηβόλος* Hom. h. X, 2. Anacr. LVII, 1. Orph. h. XXXVI, 10. Nonn. XLIV, 197. *ἐλλοφόνος* (v. E. M. s. h. v.) Call. h. Dian. 190. *ἐλαφοκτόνος* Eur. Iph. T. 1087. *σκυλακῖτις* Orph. h. XXXVI, 12. [16]) *συοκτόνος* Nonn. XLVIII, 765. *κυνοσσόος* ibd. 440. pro quo usitatior forma *κυναγὸς* Soph. El. 565. reperitur quam vulgo sed falso doricam nominant. Lob. Phryn. p. 429. *Χιτώνη* Call. h. Jov. 77. Dian. 225.

7. Aurora. Epitheto *ἠριγένεια* Aeschylum abusum esse auctor est Hesychius (cf. fragm. 363.) *λέαινα ἠργένεια*, dictum fortasse pro *ἐριγένεια* i. e. *ἐριγένειος* barbata, ut *λέων ἠϋγένειος*. Sed vellem hanc Hesychii glossam notam habuisset Buttmannus quum scriberet Lexil. I, p. 121. Not. 5. ut viri subtilissimi judicium haberemus. — *Ἠριγενὴς* ter apud Apollonium Rhodium legitur III, 824. 1124. IV, 981. — *Θρόνος* praecipue dearum et reginarum sella est quamobrem *ἀγλαόθρονος*, *ὑψίθρονος* al. mulierum sunt epitheta vulgaria, *ἐΰθρονος* autem Homerus uni Aurorae tribuit. Evagatum est quidem paululum vocabulum, sed his tamen se finibus continebat ut non diceretur nisi de deabus et heroinis, ut de Rhea Ap. Rh. I, 1093. *ἐΰθρονος Ἰοχέαιρα* Marcell. ep. Br. Anall. T. II, p. 303. — Forma *εὔθρονος* consueta est Pindari *εὐθρόνοις Ὥραις* Pyth. II. 62. *Ἀφροδίτα ἐ.* Isthm. II, 5. *ἐ. Κλεοῦς* Nem. III, 83. *ἐ. Κάδμοιο κούραις* Ol. II, 24. — *Φύσι εὔθρονε* Orph. h. X, 24.

Ῥοδοδάκτυλος praeter Homerum [17]) Mimn. fr. IX, 3. Nonn. XVI, 46. cf. XXXIV, 292. et alibi Aurorae stabile est epitheton quod ne Musaeus quidem qui v. 114. *ῥοδοειδέα δάκτυλα κούρης* dixit ad Heronem transferre ausus est. Coluthus autem *ῥ. Κύπρις* dicit v. 98. Christodorus 62. *Ἀμυμώνη ῥ.* Leo Philosoph. ep. VII, 3. *τέτρατος (μὴν) ἀγγέλλει ῥοδοδάκτυλος εἴαρος ὥρην*. Nonnus IV, 128. *παλάμην ῥ.*

Quidam posteriorum poetarum Auroram etiam *ῥοδόπηχυν* vocant Hom. h. XI, 6. Theocr. II, 148. Contra Anacreon sic cecinit LI, 20:

ῥοδοδάκτυλος μὲν Ἠώς,
ῥοδοπήχεες δὲ Νύμφαι,

[15]) Num *τοξότης* Apollini tribuatur dubito.
[16]) Hecate sic vocatur ibd. I, 5.
[17]) Rosam primo Hom. h. Cer. 62 et Theogn. 537. commemorari notum est.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ῥοδόχρους[18]) δὲ κ' Ἀφροδίτα
παρὰ τῶν σοφῶν καλεῖται.

A quo alii multum dissentiunt Sappho fr. XXII. ῥοδοπήχεις Χάριτες. Hes. Th. 251. Ἱππονόη ῥ. Nonn. XLVII, 90. ῥ. Ὧραι Christod. 167. ῥ. Τυνδαρεώνην Orph. Arg. 160. Ἀλθαίη ῥ. ibd. 1322. Ἀρήτη ῥ. Nonn. XXVI, 360. Ἀλέκτρη ῥ. et Macedonius amicam ῥοδόπηχυν vocat epigr. I, 2. Nonnus ut παλάμην ῥοδοδάκτυλον (v. supra) sic παλάμην ῥοδόπηχυν dixit Dionys. IV, 17. — Epigramma Strat. Sardian. LXXVI. obscenum omitto. — Sed ὁ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις Theocr. XV, 128. unus in suo genere est.

Ad postremum Aurora etiam ῥοδόσφυρος[19]) audit Qu. Sm. I, 138. et ῥοδόπεπλος[20]) ibd. III, 608. contra Homeri sententiam qui semper eam κροκόπεπλον cognominavit quod si recte memini nemo praeter Tzetzem asservavit Homer. 285. Nam apud Hesiodum Ἐνυὼ κ. Th. 273. et Τελεστὼ κ. ibd. 358., apud Alcmanem fr. VII. Μοῦσαι κ., apud Nonnum Ἀμβροσίη κ. XXI, 5. apud Orpheum qui dicitur Ἑκάτη κ. h. I, 2. et Μελιόνη κ. legitur h. LXXI, 1.

8. Ceres. Hujus deae epitheta omnia, ut ita dicam, posthomerica sunt. Ne Ὄμπνια quidem (cf. Il. V, 500. sq.) apud Homerum reperitur: v. Br. Anall. I, p. 151. Nonn. XI, 213. XXXI, 39. Idem poeta etiam ὀμπνίᾳ Μήνῃ utitur XXXV, 24. De accentu vide Spitzn. de versu her. p. 30. Praeterea ὡρηφόρος dicitur h. Hom. Cer. 54. 192. 491. ἀγλαόδωρος ll. cc. ἐπόγμιος Br. Anall. II, p. 241, 1. εὔχλοος Soph. O. C. 1600. Χλόη notum est epitheton.

Καλλιστέφανον qualis Ceres est Hom. h. Cer. 252. 295. Junonem dixit Tyrtaeus fr. V, 1. Apud posteriores poetas hoc ut εὐστέφανος urbium est epitheton, et Euripides Bacch. 357. de καλλιστεφάνοις εὐφροσύναις loquitur.

Φοινικόπεζα non cum Boeckhio Expl. Pind. Ol. IV, 92. ob rubicundum frumenti colorem deae attributum esse putaverim sed purpuratam (*purpurbesaeumt*) interpretari maluerim.

Κυανόπεπλος h. Hom. Cer. 319. 360. 374. 442. Cereris epitheton ab Hesiodo ad Latonam transfertur Th. 406. Φοίβῃ Λητὼ ἐγείνατο κυανόπεπλον: cf. Orph. h. XXXV, 1. et ad Tethyn Orph. E. 26. h. XXII, 2., a Musaeo ad ὁμίχλην. — Similiter Quintus Calaber Thetin filii mortem deplorantem κυανοκρήδεμνον vocat.

Ceres θεσμοφόρος (legifera Virg.) satis nota est. Pausan. I, 42. v. Lex. τὰ θεσμοφόρω Arist. Thesm. 303. Cererem et Proserpinam significat, et scriptor hymnorum qui sub Orphei nomine feruntur XLII, 1. XLIV, 3. Bacchum θεσμοφόρον vocat.

9. Furiae. Δασπλῆτις Ἐρινὺς semel apud Homerum legitur Od. XV, 234. quem ad verbum imitatus est Orph. Arg. 872. et Euphorio fr. LII, 1. Meinek. δασπλῆτες Εὐμενίδες. E. M. 249, 6. δασπλῆτις ἡ Ἐρινύς· καλῶν δασπλῆτα Κόροιβος. Sic correxit alterum καλὸν Ruhnk. ep. crit. p. 156. alterum κορυβὸς Meinekius ad Euphor. CII, p. 179. cf. Doederl.[21]) Gloss. Hom. I, p. 223. Theocritus II, 14.

[18]) Hes. Th. 247. Εὐνείκη ῥοδόχρους.
[19]) Hoc Theocritus XVIII, 1. Helenam ornavit, alias alii.
[20]) Ἀνδρομάχη ῥοδόπεπλος Christodor. 160.
[21]) Idem probat Ruhnkenii conjecturam in Callim. Jov. 225. Ἥρη δασπλὴς ἠπείλησεν (atrox Juno Virg. Aen. I, 666.) pro δαψιλές.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

δαςπλῆτι Ἑκάτα dixit. Alibi semper altera forma legitur δαςπλῆτα Χάρυβδιν Simon. fr. LII, 1. propter quod Schneidewino Meinekius in Euphor. p. 122. injuria dubitasse videtur num antiquiores Nonno poetae vocem ad res inanimatas applicuissent, quasi vero poetis Charybdis res esset inanimata. — Nonnus quem in numero singulari casus obliquos, in plurativo nominativum et accusativum usurpasse docet Fischerus in dissertat. De differentia etc. p. 18. hoc epitheton et rebus et hominibus tribuit προμάχῳ δαςπλῆτι Paraphr. XVII, 8. δ. φονῆες ibd. XIX, 128. δ. λοχεῖαι ibd. IX, 3. δ. Ἰνδοὶ Dionys. XXVIII, 221. δ. γυναῖκες XLVI, 210. ἀγρονόμοι δ. XLVII, 164. et animalibus ὄφιν δ. XL, 45. et rebus inanimatis δ. νοῦσῳ Paraphr. V, 11. χεῖρας ἐὰς δ. ibd. VII, 112. δ. ἀνάγκης ibd. VII, 174. δ. ἀνάγκη ibd. XIII, 157. λᾶας δ. ibd. VIII, 188. φόρτον δ. Dionys. IV, 383. χόλῳ δ. ibd. V, 182. δαςπλῆτα σιδηρείης γένυν ἅρπης ibd. XV, 32. ubi nullo modo cum Falkenburgio δ' ἀσπλῆτα scribi potest; δ. σιδήρῳ ibd. XXVIII, 126. πέλεκυν δ. XXI, 63. δ. μαχαίρῃ XXII, 219. XXVIII, 281. δ. πήληκα XXXV, 124. κοιρανίης δ. XIV, 298. μόθον δ. XXIII, 25. πόθον δ. XLVII, 391. δ. ὀλέθρου XXX, 529.

10. Hebe. Passovius s. v. χρυσοστέφανος: „*Von Hesiod an besonders Beiwort der Hebe*" facile potest refelli. Attribuitur quidem χ. Hebae ab Hesiodo Th. 17., a Pindaro Ol. VII, 58. et appellativo ab eodem Pyth. IX, 113. Sed Φοίβην χρ. jam apud Hesiodum ipsum legimus Th. 136. χρ. Ἀφροδίτην Hom. h. VIII, 1. τὴν χρ. κόραν Eur. Jon. 1085. χρ. ἀέθλων Pind. Ol. VIII, 1.

11. Hector. Ἀνδροφόνος (homicidam Hectorem Hor. Epod. XVII, 12.) non prorsus fixum et perpetuum Hectoris est epitheton; dicitur enim etiam φάρμακον ἀ. Odyss. VI, 261. Ἄρεος ἀ. [22]) Il. IV, 441. quod imitatus est Hesiodus sc. 98. Joann. Geomet. IV, 98. Nonn. Dion. II, 308. XXIX, 347. et ἀνδροφόνου Λυκούργου Il. VI, 134. Ad Iliad. XVIII, 347. et XXIII, 318. Scholiastae adnotant: ἀμφίβολον πότερον τὰς αὐτοῦ χεῖρας ὁ Ἀχιλλεὺς ἐπιθεὶς τῷ τοῦ ἑταίρου στήθει ἢ τὰς τοῦ ἀνδροφόνου Πατρόκλου ἐπιθεὶς τῷ ἰδίῳ στήθει. v. Friedlaender Nican. p. 88. 109. Achillis ἀνδροφόνους χεῖρας amplectitur Priamus XXIV. 478. Inter heroes autem nemo praeter Hectorem et Lycurgum ἀνδροφόνος dicitur. Ex his locis apparet etsi paululum evagatum est vocabulum, tamen non quemvis qui ἄνδρα κατέκτα ob id ἀνδροφόνον dici posse (ut fit Ep. Pauli Timoth. I, 1.) v. Eustath. p. 1018, 42. Ut apud Homerum Ἄρης ἀνδροφόνος legitur sic apud posteriores νείκης ἀ. Simon. ep. II, 2. ὑαμίνη ἀ. Qu. Sm. IV, 23. κυδοιμοῦ ἀ. Nonn. XXX, 325. σιδήρου ἀ. Maneth. I, 136. δούρασιν ἀ. id. ibd. 149. Cum homerico χεῖρας ἀ. comparari potest ἀ. παλάμη Anthol. gr. VIII. n. 230. Pindari Lemniades re vera erant γυναῖκες ἀνδροφόνοι. — Schol. Eur. Hec. 1032 hoc vocabulum explicat φονικὸς et a comicis omnes insigniter improbos ἀνδροφόνους dictos esse docet Meinekius T. III. p. 314. IV. p. 468.

Κορυθαίολος epitheton semel etiam Mars [23]) accipit Il. XX, 38. cf. Nonn. XIII, 384., Hector sexcenties in Iliade et semel apud posteriores poetas Christod. 162. Hi autem et Παλλάδα κ. Nonn. XX, 58. κ. Περσεὺς id XLV, 219. XLVII, 537. 595. κ. Ἄκμων XXVIII, 313. Πασιθέη κ. XXIV, 250. et Κύπρις κ. XXV, 150.

[22]) Ἀνδρειφόντης autem nulli praeter Martem tribuitur: v. Eustath. p. 673, 52.
[23]) cf. Il. XXII, 132. Ἐνυαλίῳ κορυθαΐκι πτολεμιστῇ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(ὡς τότε τοιαύτη οὖσα), et κ. νείκη (jocose dictum ab Aristophane qui alludit ad Hectorem Ran. 818.) λήϊα Nonn. XXII, 170. μέλος κ. id II, 120. κ. Ἄρεος ἠχώ id. XXVII, 10. πάτριον Ἰδαίης κορυθαίολον ἄντρον id. XIII, 244. (cf. Lob. Aj. p. 230. Not. 3.) κ. ἐρίπνης XLVI, 14. dicere non sunt veriti.

12. Helena. Δυςελένη non tam attributivum quam substantivum esse videtur ut Δύςπαρις [24]) Col. 183. Eur. Iph. A. 1322. Alia paronomasia inest in epithetis Aeschyli Ag. 674. ἑλένας et ἕλανδρος ἑλέπτολις. v. Lob. Aj. 257. De similibus epicorum et tragicorum veterum lusibus in conferendis heroum casibus et nominibus si qua forte congruerent disseruit idem Agl. T. II. p. 870. sq. Ἑλέπολις Helena etiam ab Euripide vocatur Iph. A. 1476. 1511. Hos locos cavillatus esse videtur poeta comicus in Meinekii fr. Com. T. IV. p. 678. n. CCCIX. qui Lamiam famosissimum Demetrii Poliorcetae scortum sic vocavit. Quanquam novi alteram hujus cognominis causam.

Denique — quoniam Od. XI, 234. spurius est — ab Homero una Helena εὐπατέρεια vocatur.

13. Hercules. Θρασυμέμνων ab Homero solus Hercules dicitur Il. V, 639. Od. XI, 267. Τριέσπερος (cf. Stat. Theb. XII, 301. ternox Herculea) Dosiad. in Ara 11. Lycophr. 33. — Gregor. Naz. Or. III. p. 81. C. καὶ τὸν βουθοίναν (Epigr. Ἀδεσπ. CCLXXXIX, 1. etc.) παρήσομεν καὶ τὸν Τριέσπερον ibd. p. 180. B. καὶ ταῖς πεντήκοντα Θεστίου θυγατράσιν ἐναθλεύων Ἡρακλῆς ἐν μιᾷ νυκτὶ ὁ Τριέσπερος. v. Jacobs. ad Anthol. Pal. T. III. p. 827. sq. Schwidopius Observatt. Luc. Spec. II. p. 27. Progr. Schol. Regim. 1850.

Cognomina Herculi postea imposita, ut semper, omitto.

14. Ilithyiae. Μογοστόκος in Odyssea non legitur Il. XI, 270. XVI, 187. XIX, 103. Hom. h. Ap. 97. 115. Maneth. VI, 734. Nonn. XXV, 4. de Ilithyia dicitur et ubi una et ubi plures commemorantur. Dianam quoque sic vocari vix quod commemoretur dignum est: cf. Theocr. XXVI, 29. (cf. v. 28.) Nonn. XXXVI, 59. 66. XLI, 410. Et sic Nonnus Vulcanum qui Jovi Minervam parturienti operam obstetriciam praestabat alloquitur Ἥφαιστε μογοστόκε Τριτογενείης VIII, 80. et in simili re Mercurium ἐς Βερόης ὠδῖνας μ. ἤλυθεν Ἑρμῆς XLI, 161. cf. ibd. 171. (ἄρσενα μαῖαν ἔχουσα δικασπόλον υἱέα Μαίης). — Δῆλος μ. Nonn. XXVII. 276. μ. ὥρην XLI, 133. μ. ἠὼς Paraphr. IX, 158. Audacius Tryphiodorus 386. et Lycophro 829. μ. ἵππον equum trojanum dicunt. Eustathium qui μογοστόκος ut δολιχόσκιος etc. epenthesi literae liquidae natum esse contendit refellit Lob. Phryn. p. 649.

15. Iris. Ei nulla nisi celeritatem significantia epitheta adjunguntur. Quin illud ταχεῖα in βάσκ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα non cum Scholiastis ad Il. VIII, 399. XI, 186. XIV, 185. pro ταχέα [25]) eodem quo ταχέως intellectu positum (cf. Friedlaender Nican. p. 27.) sed attributum deae putaverim, ut simpliciter ὠκέα [26]) Ἶρις dicitur Il. XXIII, 198. Hes. Th. 266. Ap. Rh. II, 286., saepius πόδας ὠκέα Il. II, 790. 795.

[24]) Il. III, 39. XIII, 769. ubi Schol. Alcmanis versum commemorat Δύςπαρις αἰνόπαρις, κακὸν Ἑλλάδι βωτιανείρη. cf. Tzetz. Antehom. 5. qui Posthom. 396. hoc inepte utitur, ineptius etiam ibd. 418 ubi Achilles moribundus ἀλλά, inquit, τό μοι ἄχος ὅττι με τοῖος Δύςπαρις ἔκτα.

[25]) Sunt quidem alia hujus generis exempla ἀδεῖα pro ὀδέα Theocr., χάνοι εὐρεῖα χθών Il. IV, 182. cf. Schol. Hes. opp. 540 et ad Eurip. Phoen. 69.

[26]) In uno Odysseae loco XII, 374. ὠκέα Λαμετείη reperitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

III, 129. VIII, 425. XI, 199. XVIII, 202. XXIV, 87. 188. Hes. Th. 780., πόδας ὠκεῖα, ὠκεῖα πόδας, ποδώκης nunquam. Stabile autem apud Homerum est ποδήνεμος. Ἶρις π. Il. V, 253. cf. Nonn. XXXI, 108. Alibi hoc semper cum ὠκέα Ἶρις conjungitur Il. II, 786. V, 368. XI, 195. XV, 168. 200. XVIII, 166. 183. 196. XXIV, 95. quem sequitur Hom. h. Ap. 207. — Ἶρις δ' ἄγγελος ἦλθε ποδήνεμος ὠκέα Matro dixit in Br. Anall. T. II, p. 246. Nonnus, ut assolet, ad multos alios hoc epitheton applicuit π. υἱὸς ὀδίτης Paraphr. IV, 232. π. μαθητὴς ibd. XX, 20. π. Ἰνὼ Dionys. X, 75. Ληνεὺς πρῶτος ὄρουσε π. X, 400. π. κήρυξ XXI, 208. π. Μορρεὺς XXXV, 104. — αἰθυίας π. Mnasalc. ep. XIII, 1. καρκίνοι π. Mein. fr. Com. (Cratetis) T. IV. p. 244. (Nr. I, 3.) Nonnus ut ἀελλόπος ὥρη sic π. ὥρη offert Paraphr. I, 152. Maximam autem dicendi libertatem sibi concessit Leontinus Schol. ep. V. 2. de oculis et pedibus saltatricis cujusdam ὄμματά σοι καὶ ταρσὰ ποδήνεμα. De ποδήνεμος Porphyrius Quaestt. hom. 3. ὡς οὖν ἀελλόπος ἡ Ἶρις λέγεται, inquit, ἣν μεταλαβὼν ποδήνεμον προσηγόρευσε. cf. Lehrs. Arist. p. 22. sqq. — Homerum semper correpta forma ἀελλόπος uti jam alii adnotarunt. cf. Il. VIII, 409. XXIV, 77. 159. De accentu si ultima corripitur in varias scinduntur opiniones grammatici. Eustath. p. 787. 53. Οἰδίπος, ἀελλόπος sed νήλιπος scribendum esse praecipit. Apud Athenaeum X, p. 456. Br. τετράπον legitur. Schol. Mediol. ad Od. ϑ, 31. ἄρτιπος proparoxytonωs notandum esse vult ut ἄλκιμος E. M. s. v. Πόλυβος hoc non ita sed Πολύβος scribendum esse tradit. Homero familiaris forma reperitur etiam apud Nonnum qui tamen ἀέλλοπου ἀέλλοπον [27]) declinavit Dion. XII, 54. ἀέλλοπος Ὥρη XXXV, 260. ἀ. Μορρεὺς XLVIII, ἀ. κούρην XXVIII, 288. Ὠκύθοος πέλε τοῖος ἀ. XXXVII, 159. Σιδονίην Ἅρπυιαν ἀ. XXIV, 135. νεβρὸν ἀ. Paraphr. XI, 7. ἀ. πορείην Tzetz. Posthom. 479. Ἀντίλοχος ἀ. Utrum omnia cum ποὺς composita epitheta corripi possint necne pro certo affirmare non ausim: τετράπος modo attuli, τρίπος Nonn. XXXVII, 114. 442. 548. legitur, πολύπος saepe apud Oppianum et Nonnum, πουλύπων Amipsias Mein. T. II, p. 703 et πώλυπον [28]) ibd. Tom. III. p. 313. v. 10. et alibi, ὠκύπος in h. Apoll. ap. Brunckium Anall. T. II, p. 518 etc. Sed δασύπος et εὔπος et pleraque alia num reperiantur dubito. — In numero plurativo altera forma vocis ἀελλόπος praeferebatur eaque frequens est equorum epitheton [29]) et apud Pindarum, Sophoclem [30]) aliosque plurimos pro homerico ὠκύπους valet. v. Dissen. ad Pind. Pyth. IV, 18. ubi δίφρους ἀελλοπόδων legitur. Praeterea commemoro haec: ἀελλοπόδων ὀνάγρων Script. Cyneg. III, 191. ἀελλοπόδεσσ' ἐλάφοισιν ibd. I, 191. περδίκεσσιν ἀ. Orph. L. 1222. ἀ. Πόϑων [31]) Philodem. ep. XXIV, 2. Ὑμεναίων Nonn. XII, 87. Σατύρων XXXII, 255. ἀ. νεφελάων Tryph. 189.

Ad postremum ἀελλοπόδης hoc loco praetermitti non postest ἀ. Ἑρμείης Qu. Sm. X, 189. cf. Koechly. Proleg. LVIII. ἀ. λαγωῷ Opp. Cyn. I, 413. ἀ. ὄναγρον ibd. III, 184. Hujus quoque similia multa possunt proferri Synes. h. IX, 52 ἀκαμαντοπόδας χρόνος indefessum tempus, ὀκταπόδην Nicander cancrum dixit Ther. 605.,

[27]) Nam secundum hanc decl. accentus collocandus erit in antepenultima. v. Steph. Thes.
[28]) Sed πόλυπος in attico poeta ferri non potest. v. Meinek. Tom. III, p. 314. Latini semper polypus utuntur ex aeolico et dorico πώλυπος.
[29]) Cf. Nonn. XXVII, 138. XXXVII, 441. ϑυελλοπόδων ἵππων pro quo saepius ϑυελλήεντων utitur.
[30]) Ubi tamen alii ἀελλάδων ἵππων servaverunt v. Ellendt. I. p. 25.
[31]) Cf. Rigler. Meletemata Nonniana Progr. Schol. Postamp. 1851. p. 9.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nonnus XXXVIII, 359. *παῖς ὠκυπόδης* id. XLI, 131. *ὠκυπόδην Ξάνθον* id. XXXVII, 155. *δρόμον ὠ.*, Macedonius ep. IX, 4. (Brunck. III, p. 113.) *εἰλιπόδης* quod apud Nonnum sexcenties legitur, ut *ὑψιπόδης* apud eundem XX, 81. XXXVII, 686. *ὀρθοπόδην ἐλέφαντα* ibd. XXV, 335. XXVIII, 72. XXXVII, 676. XXXIX, 340. *ἀερσιπόδης Θυραιεὺς* XXVI, 14. Verum haec in transcursu tractari nequeunt. Audaci anadrome *ἀελλοπόδοιο τοκῆος Ἠελίοιο* idem utitur XI, 486. quod non repeti potest nisi a nominativo *ἀελλόποδος* ita ficto ut *φύλακος* al. Semel Nonnus Iridem *ἀελλήεσσαν* vocat XXVI, 322. quod ipse saepius rebus apponere solet.

Χρυσόπτερος. Iridis praedicamentum est Il. VIII, 398. Hom. h. Cer. 315. cf. Nonn. XX, 251. XXI, 110. 124. Is autem temperare sibi non potuit quominus Mercurium sic vocaret XIX, 234.

16. Juno. Ab Homero edocemur Junonem *βοῶπιν, λευκώλενον, χρυσοπέδιλον* fuisse. *Βοῶπις* apud illum quidem poetam non aliter legitur nisi conjunctum cum *πότνια Ἥρη* quod imitatus est Hom. h. Ap. II, 154. 170. 175. Vocativus *βοῶπις* est ut *Γλαυκῶπις* Il. XV, 49. XVIII, 357. v. Spitznerum. Unus quidem Scholiasta legi vult *βοῶπι* ut trochaeus in quarto pede foret ut in *βοῦν ἤνιν εὐρυμέτωπον.* — Praeterea *Φιλομέδουσα βοῶπις* Il. VII, 10. legitur, ubi Schol. *ἡ διπλῆ, ὅτι ἐνταῦθα μόνον ἐφ' ἡρωϊνῆς τὸ ἐπίθετον καὶ ἐν τῷ ἀθετουμένῳ „Αἴθρη, Πιτθῆος θυγάτηρ, Κλυμένη τε βοῶπις"* (Il. III, 144.). Catalogus Nereïdum (cf. XVIII, 40.) spurius. Verum tamen nullo modo Otfr. Muellero concedendum est, Junonis epitheton natum esse ex Jus mutatione in vaccam quod tum per se longe arcessitum esse tum infringi Hesiodi exemplo nympham Pluto *βοῶπιν* cognominantis Th. 355. docet Lob. Agl. p. 303. (κ). Cui hesiodeo exemplo haec addo: *Εὐρυφάεσσα βοῶπις* Hom. h. XI, 2. *Ἠριγένεια β.* Qu. Sm. II, 643. *Ἁρμονίην β.* Pind. Pyth. III, 91. *κόρην β.* Lycophr. 1292. de Jo (cf. Nonn. VII, 117. *βοώπιδος Ἰοῦς.*) — *β. Σελήνης* Nonn. XVII, 240. XXXII, 85. *β. Ἀντικλείας* Meleag. ep. XLV, 3. et *β. Νύμφης* Nonn. XXXII, 95. Helenam *βοῶπιν* cognominant Tzetzes Anteh. 118. et Constantin. Manass. Compend. chron. p. 20. (ed Venet.). Eupolidem ad Aspasiam hoc epitheton applicuisse probabile fit ex iis quae disputat Meinekius fr. Com. T. II, p. 571. (fr. LXXXI.). Sic enim Hesychius s. v. facillime expeditur. Hoc certe satis signi est poetas etsi varias sibi permiserint epithetorum abusiones tamen quid Homerus dixerit nunquam oblitos esse. Nam poeta comicus qui Periclem Olympium et Aspasiam Junonem dicere poterat quam deae epitheto homerico ornare licebat. — *Βοῶπις* nonnulli habuerunt pro nom. propr. in Rufini Epigr. Anth. Pal. V, 22. v. Steph. Thes. s. v. Forma *βοώπης* quam Eustathius tanquam masculinam ponit non magis reperitur quam *βοὼψ* vel *βοωπὸς* etsi *γλαυκὼψ* et *γλαυκωπὸς* in usu erant. *Ταυρῶπις* dubito num Juno a poeta Nonno antiquiore dicta sit. v. Dionys. XLVII, 711. IX, 68. [32])

Λευκώλενος licet Andromache vocetur Il VI, 371. 376. XXIV, 723. *Ναυσικάα λ.* Od. VI, 12. 101. 186. 251. *Ἀρήτη λ.* Od. VI, 233. 335. XI, 334. et *ἀμφίπολοι λ.* Od. VI, 239. XVIII, 179. ac *δμωαὶ λ.* Od. XIX, 609. tamen propter frequentissimum usum et quia nulla alia dea sic ab Homero dicitur Junoni vindicaverim

[32]) *Ἰοῦς ταυρώπιδος* XXXII, 69. cf. XXVII, 81. *οὐδέ μιν (Μίνωα) ἐρρύσαντο Διὸς ταυρώπιδες εὐναί.* — Praeterea *ταυρώπιδα μορφὴν* saepe reperimus XV, 37. XXIII, 308. XLI, 239. XLIV, 279. et *ταυρώπιδι Μήνῃ* XI, 185. cf. XLIV, 37.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Schol. ad. Il. III, 121. ubi Ἑλένῃ λευκωλένῳ legitur (cf. Od. XXII, 227.) ἐν ἄρχαις τῷ τῆς Ἥρας αὐτὴν ἐπιθέτῳ κοσμεῖ, Ἀργείας δὲ ἀμφὼ καλεῖ Ἥρη τ' Ἀργείη καὶ Ἀργείη Ἑλένη. Quanquam Ἀργείη Ἑλένη nemo in numerum eorum epithetorum quae nos attulimus referet tamen verborum collocatio fixa est. Nunquam Ἀργείη Ἥρη aut Ἑλένη Ἀργείη legitur licet metrum illud patiatur. Sed ut ad λευκώλενος redeam hoc unum addo: poetas Homero recentiores et Junonem illo epitheto ornasse ut Hesiodus saepissime et Hom. h. XII, 95. 99. 105. Orph. Arg. 977. Coluth. 145. Nonn. XV, 24. et alias deas ut Hesiodus Th. 13. Περσεφόνην. Pind. hymn. fr. VII, 1. Ἁρμονίας id. Pyth III, 99. Θυώνα λ. Hom. h. XII. Coluth. 21. λ. Σελήνη. Quod Matro dixit λ. ἰχθὺς in Br. Anall. II, p. 241. id joci causa dictum esse apparet.

De χρυσοπέδιλος res non prorsus certa est. Nam semel tantum apud Homerum legitur Ἥρης χρ. Od. VI, 603. quem versum Onomacritus a poeta abjudicavit. v. Schol. Mediol. ad h. l. et Lob. Agl. p. 333. d. Sed apud Hesiod. Th. 454. 951. Rufin. ep. XXVI, 1. Juno sic vocatur. Memorabilis autem etiam Nonn. VIII, 225. ubi de Semele dicit: εἶης χρυσοπέδιλος ἅπερ Διὸς εὐνέτις Ἥρη. Idem tamen et Ἥβην χρ. dicit XIX, 216. Praeterea haec erunt addenda: χρ. Αὔως Sapph. fr. XII. (Neue.) Ἑρμῆς χ. Maneth. VI, 671. Ἑρμῆ χρυσοπέδιλε id. ibd. 2. Callimachus autem licet χρύσεα καὶ τὰ πέδιλα Apollinis dixerit nunquam hunc deum χρ. vocat.

Ἥρη ζυγίη. Ap. Rh. IV, 96. Mus. 275. Nonn. IV, 322. XXXI, 186. Homero et Hesiodo ignota.

17. Jupiter. Epithetorum hujus dei quorum magnam copiam congesserunt Aristot. de mundo VII. Dio Chrysost. I, 56. et Dinnerus Epith. gr. farrag. locupl. p. 284. sqq. agmen ducat ἐρισθενὴς ab Homero et Hesiodo uni Jovi tributum, tralatum ad alios a posterioribus poetis et epicis et lyricis, nec mirum quod hocce epitheton ex proprio commune factum est. Pindarus eodem significatu περισθενὴς utitur π. παγκρατίου στόλῳ Nem. III, 16. Exempla ubi ἐρισθενὴς aliis diis et heroibus apponitur commemorare supervacaneum duxi.

Αἰγίοχος autem tam fixum et stabile Jovis est epitheton ut nemo eorum poetarum qui proxime Homerum quique longiore intervallo secuti sunt Minervam sic cognominaverit quam inde ab Hesiodi temporibus aegide uti etiamsi a Jove non acceperit nemo nescit. v. Doederl. Gloss. Hom. I, p. 23. Huic quam attuli observationi quodammodo unus fortasse obsistit locus Bacchylidis fr. XIV. 2. (χρυσαιγίδος Ἰωνίας.) —

Ὑψιμέδων metri causa fictum est pro ὑψιμεδέων ut εὐρυμέδων Pind. Ol. VIII, 31. (de Neptuno), Ποντομέδων et Ὑγρομέδων (Nonn. XXXVIII, 319.). Contra semper metri causa παμμεδέων (et παμμεδέουσα) legitur; et μεδέων in Iliade (in Odyssea non reperitur) uni Jovi apponitur, heroibus μέδων. Ὑψιμέδουσα et εὐρυμέδουσα inaudita sunt, quanquam μέδουσα et μεδέουσα (v. c. Hom. h. IX, 4.) apud scriptores Homero recentiores in usu erant. Διὸς ὑψιμέδοντος primum legitur apud Hesiodum Th. 529. cf. Nonn. XV, 3. et sexcenties apud alios poetas. Nonnus in Dionysiacis ὑψιμέδων Ζεὺς semper in exitu versus ponit: V, 569. IX, 223. XIII, 20. 220. XVIII, 236. XX, 210. 403. XXIV, 61. XXX, 250. XXXI, 88. XXXIII, 301. 360. XXXV, 334. XXXVI, 68. XLV, 86. 96. XLVII, 257. praeter XX, 364. qui versus in ὑψιμέδων δὲ exit. Idem Nonnus facit in ὑψιπέτης Ζεύς, αἰθέριος

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ζεὺς XVIII, 263.) οὐράνιος Ζεὺς (XXI, 4. XXV, 348. XXXI, 42. XXXIV, 279.[33]) et ὑέτιος Ζεὺς (II, 431. 537. V, 229. 321. VIII, 136. 259. 274. X, 297. XII, 59. XIII, 522. XXII, 103. XXIII, 227. 287. XXV, 114. XXVII, 13. XXXI, 214. XLVI, 30. XLVII, 545. 600.) et ὑέτιε Ζεῦ (V, 213. VIII, 294. XXXIX, 141.) et (Διὸς) ὑέτιον πῦρ. (XXIV, 56.)

Pindarus Nem. II, 17. ὑψιμέδοντι Παρνασῷ dixit, Epigr. Ἀδεσπ. CLXXXIX, 1. Σαράπιδος ὕψ., Nonnus in Paraphrasi, Synesius in h. X, 3. et alii nostro deo hoc epitheton attribuerunt, alii Jesu Christo. cf. Anthol. gr. I, 26. Joann. Geomet. h. I, 38. Idem hi fecerunt in παμμεδέων, ὑψίθρονος et ὑψίζυγος. Nonn. Paraphr. I, 97. V, 92. cf. XIV, 156. (τιμὴν ὑψίζυγον) et alibi. Hoc (ὑψίζυγος) Jovis esse epitheton apud poetas fidei christianae non addictos neminem fugit.

Εὐρύοπα apud Homerum plerumque conjungitur cum Ζεὺς[34]) (in exitu versus) et Ζεῦ[35]) praeterea cum Ζῆν' Il. VIII, 200 XIV, 265. XXIV, 33. Hes. Th. 804. et cum Κρονίδην I, 498. XV, 152. XXIV, 98. Hoc εὐρύοπα non ab εὐρύαψ (cf. Eustath. p. 1191, 25.) declinatum est cujus nullus casus reperitur sed homoptoton nominativi. v. Lob. Parall. p. 184. Transfertur vox ad Apollinem Orph. Lith. 88. et quod idem est ad solem. ibd. 640. — Εὐρύοπα κέλαδον ex vetere poeta ap. Plut. Non poss. suav. viv. XIII, 475, affert Lob. Parall. p. 293. De accentu idem valet quod de ἀκάκητα. (n. 20.) v. Lehrs. Herod. p. 196. 201. et de Μητίετα epitheto Jovis etiam apud Nonnum IV, 94. VII, 68. XXVII, 250. XLVIII, 705. Vocativum Ὀλύμπιε μητίετα Ζεῦ Il. I, 508. legimus et accusativum μητίετα ex grammatico affert Lob. Parall. p. 184. In consp. part. pr. Doederl. Gl. Hom. p. XII. errato typographico scriptum est μητιέτα: v. ibd. p. 88. Pro μητίετα alii poetae μητιόεις usurpant Διὸς μητιόεντος Hom. h. Ap. II, 166. Hes. opp. 51. Διΐ μ. Hom. h. XXXI, 5. Hes. Th. 286. opp. 769. Ep. in Br. Anall. I, p. 202. (n. III, 6.) Ζῆνα μ. Hes. Th. 457. Quintus autem μ. Ἀγαμέμνονα V, 138 Προμηθέϊ μ. ibd. 338. Ὀδυσσέα μ. ibd. 571. dixit et Alex. Aetol. V, 18. μητιόεντα δόλον quod ad Homerum propius accedit Od. IV, 227. (φάρμακα μ.)

Jupiter ξένιος jam Homero notus est. Δία ξένιον autem semel tantum legimus Od. XIV, 389.[36]) alibi ξείνιος. Apud posteriores poetas illa forma usitatior est. Hom. epigr. IV, 8. XV, 3. Qu. Sm. XIII, 413. Nonn. XXIV, 22. Pind. Ol. VIII, 21. Nem. XI, 9. — Pro Ζεὺς ἱκέσιος (Soph. Ph. 482. Aesch. Supp. 342. 380. 611. Eur. Hes. 343. Ap. Rh. II, 215. Pall. Alex. ep. LXXXV, 8. Nonn. XVIII, 18. XXIV, 22. Orph. Arg. 109.) Homerus ἱκετήσιος dicit Od. XII, 213. v. Eust. p. 17. 39. 16. Hoc ipsum apud alios poetas id quod ἱκετήριος significare satis notum est v. c. Tryph. 601. Aeschylus Jovem etiam αἰδοῖον vocat Supp. 189. et ἀφίκτορα ibd. 1. sed ἱκέτης per eandem antistrophen Jupiter a nullo poeta vocatur. — Notus item Homero Jupiter Herceus (Ovid. Metam. II, 285.) Od. XXII, 335.

33) Si ab uno versu XXXI, 97. discesseris cujus postrema verba οὐράνιος τέκετο Ζεὺς sunt. Quod οὐρανίοιο Διός, Διὸς ὑψιμέδοντος et Διὸς ὑετίοιο (XXXI, 332) aliis saepe locis posuit contra id quod dixi nihil valet.

34) Et sic saepissime in hymnis v. c. Hom. h. Merc. 540. Orph. fr. XLVIII, 2. Herm.

35) Εὐρύοπα Κρονίδη Hom. h. XX, 4 et Εὐρ. Κρονίδης incipit versus octavus Bacidis ap. Herod. VIII, 77. (Anthol. gr. XIV, n. 98.) et v. 88. Orph. Lith.

36) Alibi, ut constat, Homerus forma ξένιος si non epitheton Jovis est, saepe utitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Formam ἕρκιος rejicit Hermannus ad Soph. Aj. 8. et ab omnibus quae cum ἕρκος comparari possunt nulla produci posse adjectiva nisi in ειος docet Lob. ad Soph. Aj. p. 120.

Ζεὺς πανομφαῖος est Il. VIII, 25. ubi hoc Aristonici scholion extat: ἡ διπλῆ ὅτι οὐκ ἔστι καθολικὸν ἐπίθετον ὁ πανομφαῖος ὁ κληδόνιος καὶ πάσης κληδόνος παραίτιος (sic) καὶ ὅτι ἅπαξ ἐνταῦθα τὸ ἐπίθετον. Praeterea reperi idem Simon. fr. CCI, 2. (Anthol. Pal. IV, 52.) Orph. Arg. 663. 1306. cf. Ovid. Metam. XI, 198.; et Ἠλίοιο πανομφαίου. Qu. Sm. V, 626. pro πανωπήεις vel omnituens. v. Lob. Rhemat. p. 42. n. 17. Ἥρα πανομφαία commemoratur E. M. p. 768, 54.

His adnectam ea epitheta quae Jovem Fulguratorem, Tonantem et sim. significant. Ἀργικέραυνος quod in Odyssea non legitur est in Iliade, apud Quintum IV, 59. Nonn. X, 85. Pind. Ol. VIII, 3. In Orph. fr. VI, 9. (Herm.) quidam ἀρχικέρ. scribunt. Saepius Τερπικέραυνος reperitur apud Homerum, Hesiodum, in hymnis et in Orph. Arg. 4, 28. Ἀστεροπητὴς (non in Odyssea) item nunquam translatum esse videtur. In Orph. h. XV, 9. Jupiter simpliciter ἀστράπιε compellatur et ἀστεροπὸς in Achaei versibus ap. Schol. Eur. τῆς ἀστεροποῦ Ζηνὸς θυσίας quo Jupiter ἀστεροπαῖος significari videtur Lob. ad Soph. Aj. p. 405, 8. κεραύνιε Orph. h. XV, 9. Semel etiam apud Homerum στεροπηγερέτα Ζεὺς legitur quod mutuatus est Nonnus VIII, 370. et Quintus II, 164. (Διὸς στεροπηγερέταο). Huic prorsus simile est quod saepius reperitur νεφεληγερέτα quodque apud Homerum diptoton est et non legitur nisi in fine versus νεφ. Ζεὺς et Διὸς νεφ. quem usum etiam apud hymnographos et Hesiodum obtinuisse video (cf. Epigr. Ἄδεσπ. CCLXII, 2.) v. Nonn. VIII, 270. quanquam hic quidem etiam verso ordine νεφ. Διὸς dicit XXIII, 229. et νεφ. Τυφωέος I, 390. et νεφεληγερέτης (de Jove) VIII, 327. cf. XXVIII, 203. οὐ νεφεληγερέτης κικλήσκεται (Vulcanus) οἷα Κρονίων. Ab Homero ne Neptunus quidem hoc epitheton accipit quanquam hic quoque νεφέλας ξυναγείρει ut jam Eustathius adnotavit p. 1538, 8. Empedocles autem ap. Plut. Mor. 683. E. ἀέρα vocat νεφεληγερέτην. Quintus Cal. tertia breviore forma utitur IV, 80. νεφεληγερέος Ζεφύροιο. Notum et illud κεφαληγερέτης quod Cratinus effinxit epitheton Periclis Olympii. v. Mein. T. II, p. 147.

Quemadmodum ἐρίγδουπος et ἐρίδουπος ab Homero discernantur nemo nescit. Διὸς ἐριγδούποιο Il. V, 672. cf. Qu. Sm. XIII, 520. XIV, 421. 500. Ζηνὸς ἐ. Il. XII, 235. et XV, 294. cf. Hom. h. XVIII, 3. Hes. Th. 41. Qu. Sm. I, 578. 694. X, 301. Orph. h. LXXVI, 1. Ep. in Br. Anall. II, p. 300. ἐριγδούπου Κρονίδαο. Qu. Sm. II, 177. Longe saepius apud Homerum ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης legitur quod, quantum equidem scio, posteriorum epicorum imitatus est nemo. Sed ut Homerus ipse semel ἐρίγδουποι πόδες ἵππων dixit sic posteriores saepe hanc vocem ad res applicuerunt: Tryph. 690. ἐ. πόντου. Opp. Hal. I, 75. ἐ. θαλάσσης. Qu. Sm. III, 766. ἁλὸς ἐ. id. II, 221. ἐ. ποταμοί. Epigr. Ἄδεσπ. CCCCLXVII, 6. ἐ. καλαύροπος Nonn. XVII, 227. ἐ. ἀπὸ λαιμῶν. [38]) Contra nemo Jovem ἐρίδουπον vocavit.

[37]) Idem etiam ἱκεσία Θέμις Διὸς κλαρίου dixit Supp. 355 et Apollonius Rh. Ἐρινὺν Ἱκεσίην IV. 1043.

[38]) cf. Nonn. I, 266. ἁλιγδούπων ἀπὸ λαιμῶν. Opp. Hal. V. 243. Ζηνὸς ἁ. Nonn. I, 243. ἐπεγδούπησαν ἀλῆται XXXVI, 218. ἐπεγδούπησεν.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pro ἐρίγδουπος eidem deo βαρύγδουπός attribuerunt Pindarus Ol. VI, 81. VIII, 44. et Nonnus VIII, 323., βαρύδουπος Neptuno Moschus II, 116. Hoc Nonnus et rebus et personis attribuit, illud praeter VIII, 323. semel tantum apud eum reperitur XXIX, 224.[39]) β. βοείης (Corybantum). Βαρύκτυπος et Neptuno et Jovi apponitur, huic Hom. h. Cer. 31. 334. 441. 460. Hes. Th. 378. opp. 79. sc. 318. Sim. fr. CCXXXI, 1., illi Hes. Th. 818. Pind. Ol. I, 72. Nem. IV, 87. Orph. h. XVII, 4. A Quinto Minerva quum fulmem acceperit β. vocatur XIV, 530.; Simonides de β. κύμασι loquitur. Ἐρίκτυπος[40]) Neptuni fixum et perpetuum est epitheton Hes. Th. 441. 456. 930. Ἐριβρεμέτης Jovis II. XIII, 624. Qu. Sm. III, 635., Boreae Tetz. Posth. 104., Bacchi Dionys. Perieg. 578. Orph. h. XXIX, 8. v. Herm. ad h. XLIX, 3. Eudocia p. 123. haec: ἐρίβρομον[41]) (Bacchum) δὲ προσέτι καὶ ἐριβρεμέτην προσαγορεύομεν. Praeterea commemoranda erunt: αὐλὸν ἐρ. Archias ep. IV, 2. ἐριβρεμετᾶν λεόντων Pind. Isthm. III, 64. ἐρ. Ἀκεσίνην Nonn. XXIII, 276. Ab his longe discrepat Arist. Ran. 814.[42]) Multo usitatius quam ἐ. de Jove est ὑψιβρεμέτης apud Homerum et permultos alios poetas v. c. Hom. h. Merc. 329. Orph. Arg. 1285. His addo similia: βρονταῖος Orph. h. XV, 9. αἰολοβρόντα Διὸς Pind. Ol. IX, 42. et ὦ Ζεῦ κεραυνοβρόντα Arist. Pac. 376.[43]) Κελαινεφὴς[44]) epitheton jam apud Homerum etiam αἷμα accipit quod grammatici metasyntheton h. e. ἐκ δυῶν ταὐτοσήμων compositum esse docent. Pindarus κελαινεφέων πεδίων dixit et Maxim. Margun. h. II, 1. κ. ὄρφνη. Ὀρσινεφὴς Ζεὺς apud Pindarum reperitur Nem. V, 35. et ὑψινεφὴς ibd. Ol. V, 70. a quo abhorret Nonnus XLIII, 357.

Si, uti nos in progressu fecimus, fixis et perpetuis epithetis ea quae κατ' ἐξοχὴν s. κατ' ἐπικράτειαν (Hes. s. v.) s. κατ' ἐξαίρετον (Eustath. p. 1712, 34.) h. e. per excellentiam (Prisc. II, p. 573.) diis attribuuntur adnumeramus apud Homerum Ὀλύμπιος quoque Jovis unius stabile est epitheton. Quod in hymno qui legitur in Brunckii Anall. T. II, p. 518. versu 16. Apollini tribuitur quoniam hic hymnus haud dubie recentissimis temporibus conscriptus est contra Lobeckii sententiam num Apollo unquam Ὀλίμπιος dictus sit nuper dubitantis nihil valere videtur.

18. Mars. Ἐνυάλιος apud Homerum (Lehrs. Arist. p. 181.), Hesiodum et alios epitheton Martis est v. c. Dionys. Perieg. 654. Orph. Arg. 874. cf. Liebel. ad Archil. p. 512. Apud Aristophanem Pac. 475. dubium est utrum diversi dii an diversa ejusdem dei epitheta significentur. v. Lob. Soph. Aj. p. 140. sq. Saepissime nil aliud nisi bellicosus significat ut κούρη ἐνυαλίη de Penthesilea Qu. Sm. I, 402.

[39]) Alii utraque forma utuntur: βαρυγδούποιο θαλάσσης Mus. 275. Qu. Sm. I, 320. III, 369. XI, 309. Ἑλλησπόντου β. Id V, 391. β. κόμπον Coluth. 55. β. ἄκμασιν Dionys. Perieg. 770. β. ἀήτας Epigr. Ἀδεσπ. CCCLXXIII, 3.

[40]) Sed Ὀρσικτύπου Διὸς Pind. Ol. XI, 85. Diss.

[41]) Ἐριβρόμου Αἴτνης conjecit Flor. Lob. in epigr. Anth. Pal. p. 249. n. 303. in Quaestt. ion. p. 16.

[42]) Μεγαλοβρεμέτης quoque Quintus Jovi apposuit II, 508. Cf. Orph. Arg. 745. μεγαβρεμέτου (ποταμοῖο.)

[43]) Idem Nubb 266. βροντησικέραυνος νεφέλη.

[44]) Apud Homerum semel tantum Ζηνὶ κελαινεφεῖ legitur Il. XXI, 500. alibi κελαινεφεῖ Κρονίωνι, κ. Κρονίωνα et κ. Κρονίδη. Similiter ποδώκης, ὑπερμενὴς poetae de industria patronymicis apponunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Βροτολοιγὸς fixum apud Homerum, Hesiodum (sc. 334. 425. cf. Aesch. Supp. 651.) saepenumero transfertur: *Ἔρις* Simon. ep. II, 1. *Ἔρως* Meleag. ep. L, 1. Dioscorid. ep. I, 2. Marc. Argent. ep. XXVII, 5. Br. Anall. II, p. 272. *χελώνην* Nic. Ther. 703. et idem eleganter torqueri potest in imperitum medicum et tonsorem. v. Steph. Th. s. v. et de *βροτολοιχὸς* Id. ibd.

Nec rarius *μιαιφόνος* quod in Odyssea non reperitur transfertur (*Ἄρεω*) *μιηφόνου* Archiloch. fr. LXVI. dubitatur; *μιαιφόνων γάμων* Soph. El. 483. cf. Aesch. Prom. 870. Eum. 577. *Νεοπτόλεμος* Eur. Hec. 24. *Σφιγγὸς* Phoen. 1774. *κύνας* Hec. 114. *χερσὶν* Id. El. 320. *νύκτα* Tryph. 675. *λοιγὸν* Orph. L. 353. *φάρμακα* Marcell. Sidet. v. 52. *θύρσον* Nonn. XXX, 22. cf. XLVIII, 187. XX, 274. *οἶστρον* (*Ἐνυοῦς*) Id. XXVI, 6. *βέλος* XVI, 36. *ἄορ* XXX, 181. *Διόνυσος* XXII, 276. *Μῶμε* Anthol. gr. I, n. 103. *Λεύκου* Tetz. Chil. III, 296. *στρατὸς* Nonn. Par. XIX, 170. *κούρην* Id. Dionys. XV, 391. cf. XLIV, 266. *ἀνὴρ* Id. XX, 149. Euripides qui complurium adjectivorum certis hominibus vel rebus apponi solitorum comparativis utitur etiam *μιαιφονωτέρα* dixit Med. 269. Ceterum hoc nomine etiam prosae scriptores usi sunt. v. Steph. Thes.

Τειχεσιπλήτης (cf. Lob. Rhem. p. 88. 107. Duentzer. Zenod. p. 54.) Il. V, 31. quocum Scholiasta *πυλαίμαχος* Stesichori comparat, *ῥινοτόρος* [45]) Il. XXI, 390. Hes. Th. 934. *βριήπυος* Il. XIII, 521. quem alibi *χαλκεόφωνον* vocitat, *βρισάρματος* quod apud Homerum non legitur (Hom. h. XXIX, 1. Hes. sc. 44.) ad alios deos vel heroes non translata esse videntur. *Καρτερόχειρ* (Hom. h. XXIX, 3. Orph. h. LXXXVIII, 3.) Vulcano tribuitur in Orph. h. LXV, 3. et Anastasio Ep. *Ἀδέσπ.* CLX, 4. et Achilli Constant. Manass. Chron. p. 27. B.

Θοῦρος ut pleraque Martis epitheta in Odyssea non legitur et a posterioribus quoque poetis Marti attribuitur: Panyas. fr. IV, 6. Tyrt. fr. III, 4. Call. h. Del. 64. Opp. Hal. II, 667. Maneth. VI, 81. Nonn. IV, 5. 414. V, 82. XXIX, 524. XXX, 281. XXXIII, 162. Aliter Aeschylus [46]) Prom. 354. (*Τυφῶνα*) Pers. 134. Prom. solut. fr. 182, 2.; Nonnus (*Ἔρως*) Prooem. Dionys. XVI, 3. XXXIII, 58. XXXV, 117. XLI, 129. XLII, 10. XLVI, 424. XLVIII, 265.; Oppianus Hal. III, 536. Apud Apollonium (I, 466.) et Nonnum [47]) *δόρυ θοῦρον* saepe legimus ut *θοῦρον δόρυ* Eur. Rhes. 488. — Femininum *θοῦρις* ab Homero cum *ἀλκὴ* conjungitur (cf. Tyrt. fr. III, 9.), cum *ἀσπὶς* Il. XI, 62. et cum *αἰγίς* Il. XV, 308. (cf. Pind.) — Tryph. 112. Nonn. XXVI, 2. XLVIII, 799. *θοῦρις Ἀθήνη*. Nonn. XLVIII, 228. *Ἐρινὺς* et ibd. 825. *Ἀμαζών*.

Θούριον Ἄρη reperi Eur. Phoen. 242. Orph. Arg. 860. Lith. 302. Anth. Pal. IX, n. 805. v. Jacobs. T. III, p. 633. Soph. Aj. 606. Ad heroes transfert Soph. Aj. 211. 1192. (*Αἴας*) Eur. Rhes. 186. Aesch. Sept. c. Th. 42. Pers. 73. 704. 740. (de Xerxe) et ad res Eum. 597., ad avem Ag. 112. Hujus epitheti feminino Lycophro utitur *θουρία ἐρινὺς* (de Cerere) 153. et *φάλαγγα θουρίαν* 931.

[45]) Nonn. XLV, 288. *θύρσῳ ῥινοτόρῳ* habet unde eidem XXI, 87. restituendum videtur *ῥινοτόρῳ νάρθηκι* pro vulgato *ῥινοτόμῳ*. v. G. Dind. in Steph. Thes.

[46]) Apud Sophoclem haec forma non reperitur nec fortasse apud Euripidem; nam Rhesus ei abjudicatur.

[47]) Apud hunc poetam *δόρυ*, hoc epitheto non addito, vix reperies.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Haec autem duo epitheta jam veteribus poetis fixa Martis esse videbantur, ut inde apparet quod Manetho θοῦρον per antonomasiam pro Marte ipso posuit.

Venio nunc ad Ἀλλοπρόςαλλον quod Il. V, 831. 889. Martis est. In hujus autem epitheti abusione valde luxuriati sunt posteriores poetae. Transferunt enim primo ad alios deos et deas: Nonn. XXX, 231. (Ἥρη) VIII, 116. cf. Fischer. De differentia etc. p. 17. — Tzetz. post Lycophr. II, p. 1052. (ed. Ch. Mueller.) κλειοῦς. Nonn. XXVII, 308. ὦ γένος ἀ. Ὀλύμπιον. In Orph. h. LXIII, 6. omnes qui alio tempore aliorum partes sectantur ἀ. vocantur. Nonn. XL, 180. Κοιροβίη πόσιν ἔσχε ἄλκιμον ἀ. II, 9. βουκόλον ἀ., et in Paraphrasi Idem VI, 224. XVIII, 15. et alibi Judam Iscariotam qui Jesum prodidit ἀ. vocat. Deinde ad varias res transfertur: Synes. h. 684. νόμοις, Maneth. V, 68. ψόγον, Agath. ep. XXXVIII, 5. σέβας de archangelo, Nonn. XLII, 242. δέμας i. e. Proteus se in varias corporum formas umbrae similes mutat. v. Rigler. Melet. Nonn. II, p. 16. Paraphr. I, 190. Dion. XLVI, 4. XLVIII, 566. δόλον, Id. Par. I, 86. Dionys. XXXIV, 8. νόος, Ibd. VII, 113. πόθον, XXXIX, 276. ἐλπίδα, XXXVII, 229. κύβον, I, 532. ὀπωπήν, XXVIII, 155. πληγήν, XXIV, 279. δόσις, XIV, 170. μορφήν, XXV, 64. πτέρον Ὕπνου. Tzetzes hoc epitheto substantive utitur Chil. X, 564.: quid significare voluerit ipse exponit vss. sqq. Neutrius generis pluralem numerum reperi Nonn. III, 24. (οἴδματα), quod ab eo dictum esse non mirum est qui διάκτορα ἔγχεα dicit. v. infra n. 20. p. 20. In Orph. h. LXI, 12. γνώμας ἀλλοπροςάλλας (femin.) legimus. Quam mire etiam pedestris semonis scriptores hoc epitheto abusi sint ex Steph. Thes. notum est. —

Mars etsi apud Homerum interfectos spoliat Il. V, 942., tamen ante Hesiodum (sc. 192.) ἐναρφόρος non audit. Mars Ἀλαλάξιος utrique ignotus.

19. Menelaus. Fixum et perpetuum Menelai epitheton novi nullum. Nam ξανθὸς Μελεάγρος legitur Il. II, 642. et ξ. Ῥαδάμανθυς Od. IV, 564. VII, 323. Achillem quoque et Ulixem licet illo epitheto non ornentur ξανθοκόμας fuisse [48]) edocemur Il. I, 197. et Od. XIII, 399. cf. 431. De Menelao idem quod Homerus tradit Pind. Nem. VII, 8. Eur. Iph. A. 173. Tetz. Anteh. 98. et Pseudo-Pisand. fr. 17. Praeterea et ξανθὴ Δημήτηρ [49]) legitur Il. V, 500. cf. Eust. p. 576, 2. 773, 2. cujus crines flavi dicuntur Hom. h. Cer. 279. et Nonn. XI, 395. Pindarus id Minervae tribuit, aliis alii. In Eur. Med. 830. epitheton a persona ad rem transfertur ut saepe fit ἔνθα ποθ' ἁγνὰς Πιερίδας λέγουσι ξανθὰν Ἁρμονίαν φυτεῦσαι h. e. μουσικὴν s. παιδείαν ἐνοικίσαι. Nam Martis filia quae Call. fr. CIV, 1. p. 32. Spannh. ξανθὴ dicitur ab hoc loco alienissima. v. Lob. Parall. p. 330. N. 1.

Βοὴν ἀγαθὸς [50]) etsi saepius Menelai (et Diomedis) est commune plurium heroum est praedicamentum; ἀγαθὸς βοὴν non magis legitur quam ἀγαθὸς πύξ, ἄριστη εἶδος et sim. — Ceterum nec Ἀρηΐφιλος nec κυδάλιμος uni Menelao proprium est.

[48]) Sic legitur ξανθοῦ Ἀχιλῆος Qu. Sm. VII, 668. XII, 274. et ξ. Ἀχιλλεὺς Pind. Nem. III, 43. ξανθοῦ Ὀδυσῆος non memini licet Tzetzes omnes fere heroes ξανθοὺς vocet.

[49]) cf. XI, 740. — Il. XI, 680. ad nostram rem non quadrat.

[50]) De simili forma ab Arriano adamata saepeque ab eo repetita v. Ell. ad Arr. II, 24. 7.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

20. Mercurius. Ex Passovio video Meinekium διάκτορος semper cum alio hujus dei epitheto Ἀργειφόντης [51]) (cf. Nauck. Aristoph. p. 230.) conjungi opinatum esse. Duobus locis quos ad eum refutandum Passovius affert (Od. XII, 390. XV, 318.) unum addo ex Odyssea VIII, 335. et hos ex aliis poetis: Hom. h. Merc. 392. Hom. h. XXIV, 12. Coluth. 122. Nonn. II, 591. Orph. h. XXVIII, 3. Abusionis hujus epitheti duo tantum exempla affert Buttmannus Lexil. I, p. 222., alterum Callimachi (de noctua) ἀλλὰ θεῆς ἥτις με διάκτορον ἔλλαχε Παλλάς, v. E. M. s. v., alterum poetae apud Lucianum Pseudomant. 33. Πυθαγόρην πολέμων τε διάκτορον ἐσθλὸν ἀοιδόν. Callimachum imitatus esse videtur Antip. Sidon. ep. XCII, 1. Ὄρνι Διὸς Κρονίδαο διάκτορε; Nonnus I, 1. et Synes. h. IX, 31. Haec quum legerem miratus sum neminem praeter Nonnum Iridi hoc epitheton apposuisse. Is quidem dedita opera huic illi tribuit: Ἀγλαΐην δ. XXXV, 57. Ἀστυνόμεια XLI, 291. Γλαῦκος XLIII, 115. Arab. Scholast. ep. I, 5. ταχὺς διάκτορος de nuncio celeri nescio quo utitur. In Nonni Paraphrasi nil aliud quam ministrum significat cf. V, 21. XII, 116. XVIII, 72. 125. 146. XXI, 269. et legitur in plurali numero II, 33. XIII, 90. XVIII, 103., ubi si recte memini, de apostolis loquitur. Verum adjectivum est ibd. VI, 46. XII, 102. XIII, 16. 75. Dion. XXXIX, 82. (διάκτορα ἔγχεα). Formam διάκτωρ commemorat Hesychius ex vetere ut Buttmanno videtur poeta διάκτορσι, ἡγεμόσι, βασιλεῦσι. Hic l. c. p. 222. in Bianoris ep. Jacobs. Anth. Pal. X, n. 101. v. 3. βούταν μὲν τρομέουσα διάκτορα emendat διώκτορα.

Κρατὺς autem et εὔσκοπος ab Homero semper Ἀργειφόντης Mercurii agnomini apponuntur. Illud non reperitur nisi in nominativo quanquam Eust. haec adnotat p. 1351, 41.: τοῦ δὲ κρατὺς δοκεῖ κλίσις εἶναι, ὡς ἡδὺς et p. 29, 23. οὗ (κρατὺς) γενικὴ κρατέος καὶ παράγωγον ὁ κρατειός (cetera a re nostra aliena sunt). Epicos κάρτιστος, καρτερὸς et κρατερὸς promiscue uti et verbum κρατέω vulgaris esse sermonis neminem fugit: at καρτὺς prorsus inauditum est. — Ἐὔσκοπος reperitur Il. XXIV, 24. 109. VII, 137. Hom. h. Merc. 262. Od. VII, 137. conjunctum, ut jam diximus, cum Ἀργειφόντης cujus rei facile excogitari potest causa. Apud Homerum semel quidem etiam ἐ. Ἰοχέαιρα legitur Od. XI, 107. alio uti videtur intellectu, unde Callim. ἐ. Βριτόμαρτιν sumsit h. Dian. 190. Et sic Apollini tribuitur Ap. Rh. IV, 1716. Epigr. Ἀδεσπ. CXLIII. (Br. Anall. III, p. 179.) cf. Herod. V, 61. Praeterea Hercules a Theocrito ἐ. nominatur XV, 143. ὡς τότε τοιοῦτος ὢν hoc est ut explicat Lob. Soph. Aj. p. 143., quia tum oculos ad occursum tauri intentos habebat. Simile est ἐ. Κάλχας Christod. 52. et ἐ. μάντις ibd. 377. et ἐ. τέχνη ibd. 342. — Altera forma εὐσκοπος pedestri sermoni vulgaris etiam apud poetas nonnunquam reperitur Hom. h. Merc. 262. ἐ. Ἀργειφόντης et Ilgenius etiam Hom. h. VII, 29. Ἑρμείην ἐ. scribit. Εὔσκοπε de Pane habet Orph. h. XI, 9. ἐ. τέχνην Paul. Silentiar. ep. XLV, 2. cf. etiam Arist. Eccles. 2.; ἐ. δοῦρα edidit Graefius pro ἄσκοπα Nonn. XXX, 36. Et conjecerim Nonnum XXXI, 132. εὔσκοπος Ἶρις dixisse pro ἄσκοπος ut nunc scribitur. In Maximi Catarch. v. 327. pro εὐσκόπου scribendum est εὐπόκου. v. Lob. Parall. p. 329. N. 1.

[51]) Heinrich. Epimetr. ad Twesten. Comment. p. 70. peracute vidit διάκτορον, Ἀργειφόντην interpungendo distingui debere: non enim διάκτορος epitheton est alterius vocis sed utrumque diversum illi cognomen est. Hagen. Meletem. crit. in Hesiodi Erga. Pars altera. p. XI. (Progr. Schol. Dür.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ἀκάκητα apud Homerum semel legitur in Iliade Ἑρμείας ἀ. XVI, 185. nam Od. XXIV, 10. spurius est. Ἑρμάων ἀ. Hes. fr. XXXII, 1. Stesichor. fr. XCIV. Ἑρμείης ἀ. Nic. Alex. 572. (al. 559.) Ab hoc usu recessit Hes. Th. 614. ἀ. Προμηθεῦ et longius Orph. L. 150. Aristid. Or. 45. p. 106. (179.) Ἀκάκητα, εὐρύοπα et μητίετα accentus regula eximi notum est. Commune iis hoc est quod sunt quattuor syllabarum et quod deorum epitheta. v. Lehrs. Arist. p. 268. Lob. Parall. p. 185. Forma ἀκακήτης non reperitur; ἀκάκητος quod apud Suidam legitur Jacobsius T. III. p. 733. posuit in textu epigr. Anth. Pal. XII, 7. v. 3. ἀ. βλέμμα. Cf. quae de significatione illius epitheti disseruerunt Lucas. Quaestt. Lex. p. 165. et Doederl. Gloss. Hom. I, p. 132.; vide etiam Boettcher. *Aehrenlese zur* Hom. — Hesiod. *Wortforschung*. Progr. Schol. Dresd. 1848. p. 12. et de ἀκάκης Schmitzii Adnott. ad Aesch. Pers. Progr. Schol. Saarbr. 1850. p. 4. Ἀκακήσιος gentilicium est. v. Lob. Path. p. 429.

Χρυσόῤῥαπις a nemine translatum esse videtur. In Iliade non legitur Ἑρμείας χρ. Od. XV, 277. Mus. 150. Tetz. Chil. II, 540. IX, 758. Nonn. VII, 104. Ἑρμεία χρυσόῤῥαπι Od. V, 87. cf. Hom. h. Merc. 539. Ἑρμᾶς χρυσόραπις simplici ῥ. Pind. Pyth. IV, 178. Praeter nominativum et vocativum nullum reperi casum. Ἐῤῥαπις Ἑρμῆς ante Nonnum IV, 1. XXXVI, 11. non videtur dictus esse.

Ἐριούνιος qui Arist. Ran. 1144. Mercurio δολίῳ opponitur Il. XXIV, 457. 679. Hom. h. Merc. 3. 551., σῶκος (ἐριούνιος) Ἑρμῆς Il. XX, 72, et alibi, in Odyssea, ubi ἐριούνης eodem significatu dicitur VIII, 322. cf. Il. XX, 34., non legitur. Νόον ἐριούνιον εἶναι θέλγει Orph. L. 197. Antoninus Liberalis in peculiari capite de diis Erianiis h. e. inferis agit. Apud Homerum significatio vocis alia est; nam Mercurius ψυχοπομπὸς [52]) (cf. Petersen. *Der Hausgottesdienst der alten Griechen. Zeitschrift für Alterthumswissenschaft.* 1851. II, p. 111. N. 55.) [53]) ab illius carminibus abest. Hinc spurius versus Od. XXIV, 1. v. Lehrs. Arist. p. 186. Illud ipsum Euripides Charoni tribuit Alc. 373. et Plutoni ibd. 455. Apud eundem poetam Med. 754. ὁ Μαίας πομπαῖος. cf. Aesch. Eum. 91. v. Stanlej. ad h. l. et Elmsl. ad Med. 744. Mercurius Ὁδῖος Vialis (Plaut. Merc. V, 2, 24.) significatur, qui Homero tam ignotus est quam δόλιος (Arist. Thesm. 1292. Spanh. Ar. Plut. 1158.) κερδέμπορος (Orph. h. XXVIII, 6.) κερδῷος, κλυτόβουλος (Opp. Hal. III, 26.) πυληδόκος (Hom. h. Merc. 15.) etc. Quid multa? Nullum eorum celeritatis epithetorum quibus Iris in Iliade ornatur vel his similium Mercurio in Odyssea tribuitur. — Praeter haec quorum feci mentionem decies in homerico hymno Mercurius κύδιμος cognominatur 46. 84. 96. 130. 150. 253. 298. 316. 404. 511. et semel ab Hesiodo Th. 938. Sed ab aliis ad alios applicatur ut κ. ἥρως Heinrich. fr. Cypr. 8, 4. p. 51. Muelln. Cycl. p. 73. ἡνίοχον Ep. LVIII, 6. in Br. Anall. III, p. 31. ἀνὴρ Leo Philos. II, 2. ἱππεὺς (Ζηνόδοτος) Ep. Ἀδεσπ. DCLXXX, 5. Γοηγόριε Anth. gr. VIII, n. 81. Κατσάριε ibd. n. 92. etc. Γόνε κύδιμε de mundi Salvatore Synes. h. XII, 3. VIII, 5. IX, 1. Κυδάλιμος quod grammatici haud pauci epenthesi syllabae ᾱλ exortum esse putant ex κύδιμος commune heroum epitheton.

21. Minerva. Apud Homerum semper Παλλὰς Ἀθηναίη vel Π. Ἀθήνη

[52]) Pro hoc Nonnus ψυχοστόλος utitur XLIV, 207.
[53]) Libri ipsius copiam non habui; itaque laudavi locum ex illis Ephemerid.
[54]) Eodem modo Aeschylus epitheto Apollinis Ἀγυιάτης deducendi vim attribuit Agam. 1081.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

subjungi nemo ignorat. cf. Doederl. Gl. Hom. §. 78. *Ἀθηναίη Παλλὰς* Ap. Rh. III, 340. legitur sine ulla ut videtur codicum discrepantia quamvis facile emendari possit *Παλλάδος Ἀιθίδος* Eur. Iph. T. 217. — Ad normam *Ὀβριμοπάτρη* epitheti, quod usurpant omnes poetae, Nonnus *ὀβριμόπαις* effinxit: *Ῥείης ὀβριμόπαιδος* XXV, 377. cf. X, 277. Apud Hesiodum Goettlingius *Ὀμβριμοπάτρη* recepit. — Pro *Τριτογένεια* Hom. h. XXVIII. Arist. Eqq. 1194. Agath. ep. LXI, 4. *Τριτογενὴς* utuntur ut *Ἠριγενὴς* pro *Ἠριγένεια*, *Κυπρογενὴς Ἀφρογενὴς* apud alios reperiuntur. Talia nomina ab appellationibus terrarum verbo *γέγονα* copulata fere Deorum sunt propria. Schneidew. fr. Ibyc. LXI, p. 219. *Ἀγελείη* homericum et hesiodeum (Th. 318. sc. 197.) accepit Nonnus XXIV, 284. ut *ἀγεληΐς* legitur apud Cornutum. v. Doederl. Gl. Hom. I, p. 40. *Ληΐτις* (Il. X, 460) apud posteriores poetas haud raro id quod homericum *ληϊάς* significat (Il. XX, 193.) v. c. *ληΐτιδες* Qu. Sm. III, 544. His duobus Hesiodus addit *Ἀγέστρατος* Th. 925. quo in utendo longe ab illo recedit Nonnus[55]) et *Ἐγρεκύδοιμος* Th. 925. cf. Eupol. Mein. fr. Com. T. II, p. 607. n. XVII. Orph. L. 580. Et miror quod ante Manethonem IV, 355. et Nonnum XXXII, 164. XXXIII, 156. XLIII, 1. nemo poetarum *Ἄρεα*[56]) *ἐγρεκύδοιμον* dixit. Et libet videre quanam ratione Nonnus praeterea hac voce usus sit *παρθένος* XXV, 95. *στρατὸς* XLVII, 572. *δόος* XXIII, 218. *πλόος* XXXIX, 361, *στόλον* prooem. Praeterea idem vocem transfert ad *φόρμιγξ*, *αὐλὸς* et sim. cf. XI, 505. XXVII, 170. XXXIV, 140. XXXIX, 125., ad *κτύπος* XXXVI, 206. et ad *ἀπειλὴν* XX, 193. *Ἐγρέμαχος* autem nusquam legitur; *ἐγρεμάχη* Palladis est epitheton. Hom. h. Cer. 424. et in Orph. E. 38.

Ἀλαλκομενῆΐς (*Ἀθήνη*) gentilicium esse videtur quanquam *Ζεὺς Ἀλαλκομενεὺς* (v. Steph. Thes.) et *Ἥρα Ἀ.* in Homericis non commmeorantur. Aliter judicat Doederl. Gloss. Hom. §. 78. Sed Aristarchus quem Steph. Byz. s. v. refutat, ab *ἀλαλκεῖν* epitheton repetens num simile exemplum proferre potuerit dubito. Nam *πραϋμενῆΐς* et sim. inaudita videntur. cf. Lob. Path. p. 470. *Ἀθηναίη ἐρυσίπτολις* est Il. VI, 305. cf. Hom. h. X, 1. XXVIII, 3. In Aesch. Sept. c. Th. 121. *ῥυσίπολις* metro necessarium est, quanquam *σαόπτολις*, *φερέπτολις*, *λιπόπτολις* et cum adjectivis composita *ὁμόπτολις*, *ἑτερόπτολις*, *πρωτόπτολις* elisa litera *τ* non in usu fuisse videntur[57]).

Πολύβουλος ut Minerva ab Homero dicitur Il. V, 260. Od. XVI, 282. cf. Simon. in Br. Anall. I, p. 210. Anthol. gr. XV, n. 24., in Orph. h. XXX, 6. Bacchi et ibd. XXV, 4. Protei, in Tetz. Anteh. 322. et Posth. 650. Ulixis epitheton, a Pindaro cum *γνώμα* conjungitur Isthm. III, 90. Sed *κλυτόβουλος* Vulcani est epitheton et *εὔβουλος* quod apud Homerum nondum reperitur plurium deorum et heroum. *Ἀθήνη ἐργοπόνος* (Coluth. 194. et Nonn.) s. *ἐργάνη* Homero ignota est etsi *δέδαε ἔργα ἐργάζεσθαι* Od. XX, 73. *Ἱστοτέλεια* quod Papius et alii lexicographi tandem receperunt est Nonn. XXXVII, 49. 312. *Ἀτρυτώνη* potius cognomen quam epitheton est.

[55]) Is enim quod in *ἐγρεκύδοιμος* idem facit in *ἀγέστρατος*: XXIX, 283. *ἀγέστρατον Ἄρεος ἠχῶ*, XXXV, 342. *ἀ. φωνήν*, XXVIII, 28. *ἀ. αὐλὸς Ἐνυοῦς*, XXV, 268. *ἀ. ἦχον*.

[56]) *Ἔρις ἐγρ.* Qu. Sm. I, 180.

[57]) *Περσέπολις* quidem apud Eupolidem reperitur: Mein. Tom. II, p. 607. n. XVII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Γλαυκῶπις apud Homerum una Minerva dicitur; quid significet nunc optime docuit Doederl. Gl. Hom. I, p. 59. sq. Hoc unum de paucis epithetis est ex quibus posthac cognomen factum est. cf. Strabo XIII, p. 167. Masculinum Eust. p. 768. 43. *γλαυκώπης* esse vult quod ut *βοώπης* apud unos grammaticos reperitur: at *γλαυκῶψ* non solum Pind. Ol. VI, 45. (*γλαυκῶπες δράκοντες*) et Isthm. IV, 249. (*γλ. ὄφιν*) sed de ipsa Minerva poeta apud Julianum Orat. IV, p. 149. B. (ed. Spannh.) utitur. *Γλαυκωπὸς* Nonnus habet III, 98. *γλαυκωπὸν ὑπὸ σκέπας ἁβρὸν ἐλαίης* ut Euphorio Mein. fr. CXL. similiter *γλαυκῶπιν*[58]) *ἐλαίαν*[59]) dixit. De tranquillitate maris utitur Paulus Silentiar. Ecphr. I, 161. cf. I, 507. *καὶ χαροποῦ γλαυκῶπιν*[58]) *ὑπὲρ πόντοιο γαλήνην.* Saepius Luna vocatur *γλαυκῶπις* ab Empedocle (Carm. v. 176. p. 520. ed. Sturz. cf. Plut. de fac. c. 16.) *ἀπεσκνίφωσε δὲ γαίης Τόσσον ὅσον μήνης γλαυκώπιδος ἔπλετο εὖρος*, ab Euripide (fr. inc. CCIX. Matthiae.) v. Schol. ad Ap. Rh. I, 1280. et ab Nonno *γλ. Μήνῃ* V, 70. Ibycus fr. XV, p. 135. hoc epitheton transtulit ad Cassandram sed non ob eam causam quam Schneidewinus affert in Addendis ad Ibyc. p. 222. Postremo *γλαυκώπιδος Ἥρης* commemoro ex Epigr. *Ἄδεσπ.* DXXI, 1. *Τηθὺν γλ.* ex Orph. h. XXII, 1. et *ἐννέα θυγατέρας γλ.* Orph. fragm. apud Lobeckium Agl. T. I, p. 544. quae notare neglexit Lucas. „De Minerva *Γλαυκώπιδι*" Quaestt. lexilog. p. 157[60]).

Praeterea reperiuntur *γλαυκώπιδες σταφυλαί*[61]) Eust. Opusc. p. 309. 40. ed. Tafel. De *γλαυκόμματος* adjectivo exponere a re nostra alienum videtur. De Minerva Gorgone cf. Freudenberg. „Heinrichii Schedae Lycurgeae" etc. Progr. Bonnense. 1850. p. 35.

22. Musae. *Λίγεια*[62]) epitheton solere citharam apud Homerum accipere est Eustathii observatio; sic invenitur *λίγεια φόρμιγξ* Il. *Α*, 186. *Σ*, 569. Od. *Θ*, 67. 105. 254. 261. 537. *Χ*, 332. *Ψ*, 133. cf. Eustath. p. 1586. 13. 1709, 46. In sola ultima Odysseae rhapsodia Musis tribuitur XXIV, 62. quem usum deinde obtinuisse optime cognoscitur ex Plat. Phaedr. p. 237. A. v. Lehrsium Quaestt. epp. p. 171. sqq. qui quod equidem scio unum tantum locum notare neglexit Anacr. XXXIX, 3. *λιγέας Μούσας.* Si autem quemadmodum hoc epitheton evagatum sit fusius exponere vellem acta agerem. Nam homo ille sagacissimus l. c. haec tam accurate quam scite tractavit. Itaque illud tantum addo homericum *λίγεια φόρμιγξ* reperiri in Synes. h. I, 1. quocum comparari potest Ap. Rh. IV, 1159. *Ὀρφῆος λίγα φορμίζοντος.*

23. Neptunus. *Εὐρυσθενὴς* quod Pindarus ipse Neptuno apposuit Ol. III, 78. idem de Apolline utitur Isthm. II, 13. et de aliis: *Τελαμὼν ἐ.* Nem. III, 36. *Πυθέας* ibd. V, 4. *Ἡρακλέους εὐρυσθενεῖ γέννᾳ* Ol. XIII, 23. *Ἱμέραν ἐ.* XII, 2. *ἐ. ἀρετᾶν* IV, 11. *ὁ πλοῦτος ἐ.* Pyth. V, 1. Sed *ἐρισθενής* Jupiter est. v. supra p. 14. Sic *ἐρισμάραγος* ejusdem (Hes. Th. 815. Qu. Sm. XIII, 362. Orph. h. XX, 1.)

[58]) Haec accusativi forma legitur etiam Od. I, 156. Hom. h. IX, 2.

[59]) *Γλαυκᾶς ἐλαίας* Eur. Troad. 804. (cf. *γλαυκᾶς Ἀθάνας* Theocr. XX, 25.) et *γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας* Pind. Ol. III, 13.

[60]) Idem p. 42. Auroram *γλαυκώπιδα* appellatam esse tradit. Quod falsum est. *γλαυκὴ* appellatur a Theocrito XVI, 5. quem ipse affert locum p. 38.

[61]) Folia vitis *γλαυκὰ* dicuntur Anth. Pal. IX, 87.

[62]) Sic scripsi edoctus a Lehrsio Quaestt. epp. p. 169.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἐρισφάραγος[63]) Neptuni est epitheton Hom. h. Merc. 187. quanquam Musaeus 318. ἐρισμαράγο θαλάσσης, Nonn. III, 164. ἐ. βοείης, XL, 214. ἐ. πύργων et alii aliter dixerunt.

Ut Amphitrite κυανῶπις sic Neptunus κυανοχαίτης[64]) est: κυανοχαῖτα Ποσειδάων Il. XIII, 563. XIV, 390. et in vocativo Ποσείδαον γαιήοχε κυανοχαῖτα Hom. h. XXIII, 6. Orph. h. I, 5. Aliis tribuitur ab iis qui post Homerum res Iliacas tractabant. Ἀγαμέμνων κ. Tetz. Posth. 654. Λοκρὸς ibd. 665. Ἅιδη κυανοχαῖτα Hom. h. Cer. 348. In Quinti Smyrnaei libro VII, 353. κεχάροντο δὲ Νηρῆϊναι ἀμφὶ Θέτιν καὶ δ' αὐτὸς Κυανοχαίτης Lehrsius in editione sua de Nereo interpretatur. Possit tamen et aliter explicari: v. Koechly. — Ἄρεονα κυανοχαίτη poeta cyclicus ap. Muellnerum p. 61. — Pro κυανοχαῖτα qui regularis est dativus monoptotae illius declinationis (v. Lob. Parall. p. 187.) Antimachus πατρί τε κυανοχαῖτι Ποσειδάωνι πεποιθὼς fr. LXXIII. vel euphoniae vel metri causa metaplasto utitur. v. Lob. Phryn. p. 658. Cf. tamen Steph. Thes. s. v.

Γαιήοχος epitheto tragici et secundum Homeri usum utuntur (Soph. O. C. 1074. Aesch. Sept. 292. cf. Orph. Arg. 1375.) et aliter Soph. O. R. 160. Ἀθάνα, γαιάοχόν τ' ἀδελφεὰν Ἄρτεμιν h. e. τὴν πολιοῦχον et Aesch. Supp. 796. γαιάοχε παγκρατὲς Ζεῦ. — Nonnus Par. I, 17. habet γαιήοχος αἴγλη ubi λόγος sive Christus αἴγλη vocatur γαιήοχος i. e. lux totum mundum complectens vel collustrans. v. Rigler. Melet. Nonn. I, p. 17. et Dionys. XXXVIII, 109. γαιήοχον ὕδωρ; Quintus Sm. II, 208. γ. ὠκεανοῦ et γ. ἵππος ex Anecd. Bekk. I, 229. commemoratum invenio Lob. Agl. T. II, p. 857., ubi Doederl. Gl. Hom. I, §. 60. emendavit γαιήοχος· ἵππιος ἀπὸ τοῦ τοῖς ὀχήμασι χαίρειν. Quod licet rectum sit pauci tamen erunt qui Doederl. vocis interpretationem probent.

Ἐννοσίγαιος semper duplici ν reperitur (praeter Theodos. p. 69, 14.) quanquam semper ἐνοσίχθων et εἰνοσίφυλλος dicebatur. Nonnus autem etiam ἐ. ἐχέτλη dicit I. 327. Hinc Lehrsius Quaest. p. 301. pro vulgato ὄφρα μὲν Ἐννοσίγαιος ὑπὸ χθόνα λαβρὸς ἀήτης Νερτερίων κευθμῶνα μετεδρίζωσεν ἐναύλων correxit ἐννοσίγ. ὑ. χθ. λαβ. ἀήτ. XXI, 103. — Quod in ἐννοσίγαιος idem fecit Nonnus in genino epitheto ἐνοσίχθων[65]) II, 41. XXX, 4. XLVIII, 383. Ποδῶν ἐνοσίχθονι παλμῷ. I, 288. XLIV, 37. XLVI, 184. παλάμης ἐνοσίχθονι παλμῷ XLIII, 303. ἐνοσίχθονι ταρσῷ. Minus offendimur XXI, 288. ἐνοσίχθονα παλμὸν ἀρούρης de illo ipso motu terrae et II, 67. ἐνοσίχθονι ἀρότρῳ. Et habet in hoc auctorem Euphorionem fr. CXL. cf. Naeke. de Choerilo p. 189. Cum hac abusione haud scio an comparari potuerit quod Strato[66]) sibi permisit bovem ἐρισίχθονα vocans in versu 19. ap. Mein. fr. Com. T. IV, p. 545. — Pro ἐνοσίχθων Pindarus Σεισίχθων usurpat quem secuti sunt Tetz. Posth. 456. Orph. de motibus 2. et 58. Jupiter sic vocatur Orph. h. XV, 8; ἐλελίχθων est Liber pater Soph. Antig. 154. quam scripturam tutatus est Lob. Aglaoph. p. 458. h. — Homericum ἐννοσίγαιος Pindarus commutavit patronymico

[63]) Βαρυσφάραγος Jovis est apud Pind. Isthm. VIII, 23. (al. VIII, 25.)

[64]) Semel tantum Homerus ἵππῳ κυανοχαίτῃ Il. XX, 224. dixit quod imitatus est Hesiodus sc. 120. ἵππον Ἄρεονα κυανοχαίτην.

[65]) Cf. de hoc epitheto Doederl. Gl. Hom. I, p. 155. et Fischer. De differentia etc. p. 17.

[66]) Non Strattis ut Passovius affert. v. Mein. Hist. crit. Com. p. 427.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἐννοσίδης, Neptunum ἐννοσίδαν vocans, cui unum tantum simile exemplum afferre potuit qui in his rebus solus videt Lob. ad Soph. Aj. p. 389. cf. Parall. p. 135.

Εὐτρίαινα Pind. Ol. I, 73. Ἀγλαοτρίαινα Id. ibd. I, 40. Ὀρσοτρίαινα ibd. VIII, 48. Nem. IV, 87. Pyth. II, 12. et Χρυσοτρίαινος Arion. fr. I, 2. lyrica sunt idionyma. Δαμαῖος est Pind. Ol. XIII, 66. Postremo Ταύρεος cognominatur Hes. sc. 104. quod ut Ἵππιος potius agnomen quam epitheton esse videtur: cf. Aristot. Probl. XXIII, 2. Agnomen etiam Ἀσφάλιος Opp. Hal. V, 680. et alia quae praetereo.

Quum de Neptuni epithetis disputaverim omittere nolo Amphitrites quae ut ex lexicis notum est dicitur ἀγάστονος et κυανῶπις praeter Od. XII, 60. etiam Opp. Hal. I, 386: hoc autem epitheton Hesiodus Themistonoae apposuit sc. 356. Proserpinae Oppianus Hal. III, 493. Musae Auctor. Epigr. Ἄδεσπ. DCCXVII, 2. navibus Aeschylus Pers. 551. Supp. 724. Κυανώπης aut κυανωπὸς raro ut equidem puto reperiuntur.

24. Nestor. Ἱππότα in Odyssea soli Nestori tribuitur, multo pluribus quos enumerare longum est in Iliade. Γερήνιος gentilicium est. v. Goettl. Hes. fr. XXXI, 2.

25. Orcus. Κλυτόπωλος (Il. V, 654. XI, 445. XVI, 625.) in fragmento quod sub Homeri nomine circumfertur Dardania et a Tryphiodoro 92. λόχος Ἀχαιῶν (h. e. equus trojanus) cognominatur. Quod apud Homerum est Ilium εὔπωλον, nemo ignorat. Praeterea Pluto πυλάρτης vocatur Il. VIII, 367. Od. XI, 276. Mosch. IV, 86. πολυσημάντωρ Hom. h. Cer. 31. 84. 376. πολυδέγμων ibd. 31. Orph. h. XVIII, 11. πολυδέκτης Hom. h. Cer. 9. et quod praeter aliorum poetarum consuetudinem est ἀγησίλαος cf. Athen. III, p. 99. B. pro quo Callimachus h. Pall. 130. formam ἀγεσίλα et Hegesippus VII, 4. cf. Epigr. Ἄδεσπ. DCCLIII, 2. ἡγησίλεω usurpant. Cum hoc epitheto Meinekius Euphor. fr. 156. comparat Jovem ἀρίσταρχον Simonidis [67]) Ἄρτεμις Τηλέμαχος, Δία ἕκτορα Sapphonis et similia ibd. p. 164. cf. Lob. Agl. II, p. 857. Comparari etiam potest agnomen Aesculapii φιλόλαος Pausan. III, 22. 1. v. Valck. ad Herod. VI, 56. Lob. Agl. I, 600. sq.

26. Patroclus. De ἱπποκέλευθος omnia incerta sunt praeter id quod uni Patroclo attribuitur: v. Il. XVI, 126. 584. 839. (in vocativo). Idem heros saepe Πατρόκλεις ἱππεῦ nominatim compellatur. In Odyssea neutrum reperiri neminem latet. In Epigr. Ἄδεσπ. DXC, 9. θοὸν ἱπποκέλευθον ἀρειμανέων γέτος Οὔννων legitur.

27. Penelope. Ἐχέφρων fixum et perpetuum Penelopes est epitheton: nam Il. IX, 341. et Od. XXIII, 332. non verum quod dicitur epitheton sed praedicatum est. — Ἐχέφρονος ἀνάσσης Nonnus dixit III, 409. Βασιλῆες ἐχ. Hes. Th. 88. Ὀδυσσῆος Qu. Sm. VIII, 113. ubi poetae fortasse alter quem commemoravimus Odysseae locus obversabatur ubi Minerva Ulixi dicit οὕνεκ' ἐπηπής τ' ἐσσι καὶ ἀγχίνοος καὶ ἐχέφρων. — Τέκταφος νεκρὸς ἐχ. Nonn. XXVI, 104. Σείληνοι Id. XXXIV, 141. ἠπεροπῆες Id. Par. IX, 98. θεοῦ ἀμνὸς ἐχέφρων ibd. XX, 55. στάχυες ἐχ. ibd. IV, 164. ἵππος ἐχ. Dionys. XXXI, 219. θῆρα XLVI, 242. ubi modo prudens modo catus significat. Aliter Orph. Lith. 362. Manetho III, 260. 344. et Tetz. Chil. XI,

[67]) Huic tribuit Athenaeus; videtur autem Bacchylidis esse cui ab Apollonio de synt. II, 31. p. 187. tribuitur: v. Meinek. in Addendis ad Euphor. p. 192.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

693. Ad res transfert Nonnus ἐχ. βουλὴν XLIV, 245. χειρὶ XXX, 112. φάρμακα Paraphr. II, 171. φωνὴν ibd. XIX, 29. ῥυθμὸς XXII, 33.

28. Pollux Πὺξ ἀγαθὸς non solum ab Homero Il. III, 234. Od. XI, 229. sed etiam ab Orpheo Arg. 950. et Scholiasta ad Pind. Nem. X, 60. (ex poeta cyprio) vocatur. ἀγαθὸς πὺξ ut jam supra verbo tetigimus non reperitur. Castor nullo singulari epitheto ornatur; nam ἱππόδαμος quod quibusdam in mentem venire possit multis proprium est. Quod Passovius putat λευκόπωλος Dioscuris prae ceteris attributum esse non omnino verum est. Vocantur quidem λευκόπωλοι ab Pindaro ut λεύκιπποι: v. Valck. ad Phoenn. 609., sed saepe illud aliis tribuitur: Amphioni Zetoque v. Schol. Phoenn. 606. et ἡμέρᾳ a Sophocle Aj. 658. et Aeschylo Pers. 378. cf. Ellendt Lex. Soph. II, p. 23.

29. Proserpina. Masculinum epitheti ἐπαινὴ (cf. imperiosa Proserpina apud Hor. Sat. II, 5. 110. ibiq. intpp.) non reperitur: cf. Il. XI, 457. 567. Od. X, 491. 534. 564. XI, 47. Hes. Th. 768. 774. Lucian. Necyom. §. 9. Veteres grammatici, v. Eust. p. 1665, 7. 763, 46., ἐπὶ praepositionem hic abundare putant qua re effectum sit ut accentus non retrahatur[68]). Schol. Il. IX, 459. ἐπαινὴ Π. ἣν οὐκ ἄν τις ἐπαινήσειεν· ἀντίφρασις γὰρ ὁ τρόπος recte fortasse, neque tamen repugnat honoris causa ita nominatam esse deam, sicut eadem aliis poetae locis ἀγαυὴ[69]) dicitur. v. Lob. Dissert. De antiphr. et euph. in Actis Societ. graec. Vol. II, p. 306. Praeter ἐπαινὴ Περσεφονείη reperi Δηϊδαμείης ἐπαινῆς Tryph. 52. quem locum notare neglexit Buttmannus Lexil. II, p. 117. Cereri autem attributum non reperi; quare dubito num Scaliger. in Crinag. epigr. XXX, 3. pro ἐκείνας Δήμητρος recte conjecerit ἐπαινῆς. Sed in Orph. h. I, poeta epitheta undelibet corrogare solito fortasse ἐπαινὴ Hecatae tribui potest. v. Lob. l. c. Νεκυσσόος quod nunc demum nostri Lexicographi receperunt Proserpina dicitur Nonn. XLIV, 204.

30. Saturnus. Ἀγκυλομήτης epitheti Homerus nominativo et genitivo utitur (ἀγκυλομήτεω); ceterum Κρόνον ἀγκυλομήτην Maneth. IV, 425. et alibi reperi. Sed jam apud Hesiodum Προμηθεὺς ἀγ. legitur Th. 546. opp. 48. qui loci Passovium et alios fugerunt. Alii poetae forma ἀγκυλόμητις utuntur ut pro ποικιλομήτης iidem ποικιλόμητις usurpant et versa vice πολυμήτης pro πολύμητις. v. infra n. 34. p. 28. Κρόνον ἀγκυλόμητιν Nonn. XXI, 253. ἀγκυλόμητιν κερδὼ Opp. Hal. II, 107. λύκος ἀγκυλόμητις Nonn. Paraphr. X, 47. ἀγ. γυναῖκα Id. ibd. IV, 73. de Samaritana illa. χορὸς ἀ. ἀπιστοτάτων Φαρισαίων ibd. XI, 215. 234. Ἰουδαίων χορὸν ὀγκυλόμητιν ibd. XII, 58. Conf. de notione vocis ἀγκυλομήτης Boettcher. Aehrenlese z. Hom. — Hesiod. Wortf. p. 11.

31. Sol. Φαεσίμβροτος in Iliade Aurorae est epitheton XXIV, 785. cf. Tetz. Posth. 684. Orph. Arg. 1082. 1110. Anthol. gr. I, n. 119, 27. — ἦμαρ φ. Orph. h. LXXVIII, 1. et φ. αὐγαὶ Eur. Heracl. 745. magis spectant ad Solem cui tribuitur in Odyssea X, 138. 191. Qu. Sm. 209. Theogn. 1233. Orph. Arg. 55. Joann. geomet. II, 67. Pind. Ol. VII, 39. Tetz. Anteh. 5. Nonn. X, 284. cf. Rigler. Meletem. Nonn. Part. I, p. 27. Apud Manethonem V, 256. φ. οὐράνιος Ζεὺς significatur Sol, sed φαεσίμβροτος Ἥρη est Tryph. 234. Ἥφαιστος Orph. h. LXVI, 2. Longissime aberrat Nonnus φ. τιμὴν Paraphr. XIII, 121.

[68]) Cf. Kissner. Commentatio de pleonasmo praepositionum graecarum in compositione. Progr. Schol. Lyccae. 1846. p. 21. et p. 26.

[69]) Ceterum ἀγανὸς non solum Proserpinae sed etiam heroum θεραπόντων et κηρύκων esse epitheton docuit Doederl. Gl. Hom. I. §. 6.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Τερψίμβροτος autem ab Homero nulli nisi Soli attribuitur Od. XII, 269. 274. cf. Hom. h. Ap. II, 233. itemque Nonnus XX, 334. *Φαέθοντος τερψίμβροτον εἶδος* et XLVI, 346. dixit; *τερψίμβροτος Ἠώς* unus Orpheus qui dicitur sibi permisit Argon. 105. Nonnus non incommode ad numen Bacchi *λυσιμερίμνου* transtulit: cf. XIX, 43. 51. XXXVIII, 105. Rigler. Meletem. Nonn. Progr. Schol. 1850. p. 2. et ad *ἀνέμων αὐρὴν* XI, 495. *Τάρσος τ.* XL, 85. Translatum etiam videtur XX, 34. sed hic versum excidisse probabile est.

Verbum *φαέθω* apud Homerum non reperitur nisi in participio fixo Solis epitheto Od. V, 479. X, 16. XIX, 441. Hes. Th. 760. Soph. El. 814. v. Ellendt. Lex. Soph. II, p. 888. Huic usui convenienter Manetho suum Jovem sic vocitat. v. Gronov. ad lib. IV, 36. — Fabula de Phaethonte, Solis filio, antiquioribus poetis ignota est.

32. Somnus. *Νήδυμος* appellativi familiare epitheton Homerus ipse deo [70]) attribuit Il. XIV, 242. 354. et XVI, 454. De formis *νήδυμος* et *ἥδυμος* v. Spitzn. ad Il. II, 2. Gaisf. ad Simon. fr. CCXXVI, 1. Lob. Path. p. 165. Adde Boettcher. l. c. p. 21. *Νήδυμος Ὀρφεὺς* legitur in Epigr. *Ἄδεσπ.* CCCLIV. Nonnus qui ipse *νήδυμον ὕπνον* dixit XV, 168. XXVI, 371. XLVII, 140. etiam *νήδυμον ὕδωρ* dicere non est veritus XLVIII, 602. Paraphr. II, 41. et scriptor Cynegeticorum IV, 330. *οἴνου νηδυμίοιο* (sic).

33. Thetis. Haec *ἀργυρόπεζα* cognominatur ab Homero [71]) et iis qui eum imitati sunt Hom. h. Ap. II, 141. Hes. Th. 1006. Qu. Sm. III, 101. IV, 172. V, 233. Nonn. XLI, 235. XLVII, 285. Orph. Arg. 387. Et delectat hic comparare quod Rufinus epigr. XXXVI, 4. dixit: *πόδες ἀργυρέης λευκότεροι Θέτιδος.* Pindarus autem transtulit ad Venerem Pyth. IX, 9. et Nonnus ad nympham XXXII, 291. et ad Dianam XXXIV, 47. Masculina forma, licet *χαλκεόπεζος* (Claudian. epigr. III, 1.), *δίπεζος*, *τετράπεζος* etc. in usu fuerint (v. Spitzn. ad Il. XI, 629.) non reperitur nisi Rufin. epigr. VI, 1. *παρθένος ἀργυρόπεζος ἐλούετο*: sed *φοινικόπεξος* nemo dixisse videtur v. supra n. 8. p. 9.

34. Ulixes. De *τλήμων* egregia est Aristarchi observatio, hoc apud Homerum nunquam miserum sed durum laborisque patientem [72]) significare. Lehrs. p. 99. sq. Praeter Il. XXI, 430. (*θαρσαλέοι καὶ τλήμονες*) unus Ulixes hoc epitheton accipit Il. X, 2. XXI, 430. cuius *θυμὸς* dicitur *τλήμων* V, 670. Quam significationem posteriores poetae inque his tragici voci attribuerint inest in ipsis Aristarchi verbis l. c. — *Πολυτλήμονα* se ipse vocat Ulixes cum ancillis colloquens Od. XVIII, 318. sed Il. VII, 152. Nestor de se dicit: *ἀλλ' ἐμὲ θυμὸς ἀνῆκε πολυτλήμων πολεμίζειν.* — Fixum autem et perpetuum epitheton infelicis Ulixis (Virg. Aen. III, 691.) est *πολύτλας* quod apud Homerum semper ante *δῖος Ὀδυσσεὺς* et in uno nominativo legitur. Apud Sophoclem Aj. 956., ubi Ulixes hoc epitheton infortuniis nondum meruerat, Musgravius qui usum hujuscemodi epithetorum ignorasse videtur *ἀκρίβειαν* desiderat. Quod Diomedes Gramm. I, p. 307. ed. Putsch. de hac

[70]) Similiter Hesiodus Th. 213. *θεὰ τέκε Νὺξ ἐρεβεννή, μέλαινα Γαῖα* de dea fragm. XXVIII, 3. Homerus ipse *ἀγάστονος Ἀμφιτρίτη* Od. XII, 79. cf. Hom. h. Ap. 74. et Pindarus *χρυσάρματος Μήνα* Ol. III, 20. et alii alia praebuerunt.

[71]) In Odyssea non reperitur; nam XXIV, 92. spurius est.

[72]) Eodem intellectu *δυστλήμων* legitur Hom. h. Ap. II, 354.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

voce dixit jocosius quam verius est. — Ab Homero discedunt Agathias ep. LXXIV, 9. ἀλλ' ἔσομαι πολύτλας τις ἐγὼ πλέον et Manetho V, 268. (a Koechlyo quidem uncis inclusus) ἄνδρα τέκνοισιν ἐπώδυνον ἠδὲ πολύτλαν. Eadem accusativi forma apud Antisthenem reperitur Ulyx. p. 667. ubi Bekkerus πολύτλαντα fortasse non desiderasset si Manethonis loci incorrupti meminisset.

Si ab Iliadis loco IV, 421. discesseris etiam ταλασίφρων uni Ulixi vindicari potest. Alibi, sed sine dubio fortuito, apud Homerum solus genitivus legitur: Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος quem secuti sunt Hes. Th. 1012. Alcm. fr. LI, 1. Orph. Lith. 672. Ἀνθρώποιο ταλασίφρονος Panyas. fr. IV, 10. ed. Lehrs. (I, 10. Gaisf.) Νηλῆος τ. Hes. fr. XXI, 1. Praeterea: ταλασίφρονα θυμὸν dixit Tyrtaeus IV, 2. et δμῶες τ. Theocr. XXIV, 50.

Πολύφρων epith. Ulixi cum Vulcano commune est: Ἡφαίστοιο πολύφρονος Il. XXI, 367. et verso ordine π. Ἡ. Od. VIII, 327. Hoc quoque vocabulum apud Homerum in genitivo tantum et in accusativo reperitur: Ὀδυσῆα πολύφρονα Od. XIV, 424. XX, 239. 329. XXI, 204. cf. Anthol. gr. I, n. 10. v. 70. π. Κωνσταντῖνον. Qu. Sm I, 727. ἀλόχοιο π. Christod. 86. π. μῆτιν. Nominativus invenitur in Synesii hymno VII, 20. ἁ πολύφρων τέχνα.

Praeter Il. XXI, 355. πολυμήτιος[73]) Ἡφαίστοιο unde sua transscripsit Apollonius Rhodius I, 851. hoc epitheton soli Ulixi apponitur quod praeter Od. VIII, 311. XIX, 585. (πολύμητις ἐλεύσεται ἐνθάδ' Ὀδυσσεὺς) et Il. III, 268. XXIII, 709. 755. ubi Ὀδυσσεὺς π. legitur semper nomini praepositum in exitu versus locatum est. Praeter Homerum Ulixi id tribuunt Aristoph. Vesp. 351. Aristotel. in epigr. Br. Anall. II, p. 180. et alii; Minervae autem Hom. h. IX, 2. Coluth. 144. Qu. Sm. XII, 154. Christod. 326. Nonn. XXVI, 36. Orph. Lith. 659. et Mercurio Id. ibd. 54. Hom. h. Merc. 319. Longius ab homerico usu distat Orph. Arg. 426. π. Ἔρωτα[74]) Id. h. X, 10. et Julian. Aegypt. ep. XXIV, 1. φύσιν π. Nonn. XXXVI, 203. ἡνίοχος π. et scriptor epigr. XXI, 5. in Brunikii Anall. III, p. 22. πολύμητι (vocat.) de Porphyrio victore. — Formam πολυμήτης (n. 30.) reperi Synes. h. II, 25. δαιμόνιον πολύθροον καὶ πολυμήταν pro qua Oppianus Hal. V, 6. πολυμῆτα (Προμηθεὺς) et in illo ὃς μεγάλη σημεῖον πολυμήτου a Steph. s. v. commemorato.

Contra ab eadem voce μῆτις originem traxit ποικιλομήτης Hom. Il. XI, 482. Od. III, 163. VII, 168. XXII, 115. 202. 281. Ὀδυσῆα δαΐφρονα ποικιλομήτην. In Odyss. XIII, 293. Ulixem Minerva alloquitur ποικιλομῆτα, Mercurium Maja in Hom. h. Merc. 55. 514. Jovem Juno Hom. h. Ap. II, 144. Sed jam apud Sophoclem fragm. Ter. IX, 1. (519. D.) ποικιλομήτιδες ἄται legitur, in Epigr. Ἄδεσπ. CCCLXX, 5. οὗτος ὁ ποικιλόμητις ἀνὴρ Βενέτιος ἀμύμων, apud Nonnum Ἥρη ποικιλόμητις VIII, 125. et ποικιλόμητις Ἐρεχθεὺς XXXVII, 622. et βροτὲ ποικιλόμητι apud Orph. Clem. Alex. Protrept. VII, 74.

Praeter unum Odysseae locum I, 205.[75]) ubi non epitheton sed attributum est apud Homerum πολυμήχανος semper in vocativo reperitur in versu illo saepissime redeunte: Διογενὲς Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ. (cf. Friedlaender. Ni-

[73]) In Orph. Arg. 127. πολυμήτιδι (τέχνῃ) flectitur.

[74]) Cf. Rigler. Meletem. Nonn. I, p. 10.

[75]) Cf. Epigr. Ἄδεσπ. XVII, 1. (Br. Anall. III, p. 145.) ἀτρεκέως πάντων πολυμήχανός ἐστιν Ὀδυσσεύς.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

canor. p. 38.) ut paucis mutatis in ultima Odysseae rhapsodia 191. *ὄλβιε Λαέρταο πάϊ, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ.* In Soph. Phil. 1120. Ellendtius Lex. Soph. II, p. 596. artibus et fraude plenum vertit; nam solertem interpretari non convenit invidiose Philoctetae dictum de Ulixis fraudibus. — Homerus ne Circen quidem hoc epitheto ornat cujus *δόλον πολυμηχανίην τε* Od. XXIII, 321. Ulixes cum uxore sua communicat. Sed jam in Hom. h. Merc. 319. Apollini tribuitur, Junoni a Theocrito XXIV, 13. et Nonno XXII, 74. XXXII, 46. Praeterea commemoro haec: Orph. Lith. 311. *Αἰήταο κούρη π.*; Opp. Hal. II, 597. *ἰητήρ*; Nonn. XXXIV, 9. *π. Μορφεύς*; Orph. h. X, 1. *Ὦ Φύσι παμμήτειρα θεά πολυμήχανε μῆτερ*; Mus. 202. *π. μῦθον*; Nonn. VIII, 121. *ἐπικλοπία π.*; Id. Paraphr. XVII, 70. *κόσμος*[76]) *πολυμήχανος.*

Πολύτροπος legitur Od. I, 1. X, 330. In hymno Hom. Merc. 13. 439. Mercurio tribuitur male intellectis Homeri locis, v. Voss. Epist. mythol. I, p. 102. et Proteo Nonn. I, 14. *Πολυτροπία* apud Herodotum II, 121. astutiam significat. *Αἶσα πολύτροπος* Eustath. p. 1381. 34. *ἀντὶ τοῦ ποικίλη* dictum putat. Et hic significatus sexcenties quadrat in poetas posteriores et prosaicos quorum locos enumerare prorsus infinitum est. Superlativus et comparativus reperiuntur: Plat. Hipp. min. p. 364. C. Maccab. IV, 1. 25. IV, 3. 20. IV, 14. 12. Theodor. Stud. p. 68. D. et 198. A. — Adverbium quid significet docet de Wette ad init. Epistol. ad Hebraeos.

Quum nemo fere posteriorum epicorum unum horum quae commemoravimus epithetorum Ulixi tribuerit, sed quum iidem *πολύτροπα θαύματα, φάρμακα, σήματα, τεύχεα, δήνεα, πολύτροπον ἦθος* v. Fischer. „De differentia" etc. p. 13. atque similiter alia multa dixerint, hoc satis signi est eos dedita opera terminos significationis verae et propriae egressos fuisse. v. Lob. Phryn. p. 649. Et si consideramus, Quintum Smyrnaeum, ut exemplum proferamus, saepissime Ulixem *πινυτόφρονα, πυκιμήδεα* et sim. vocare, nunquam *πολύφρονα, πολύμητιν, πολυμήχανον* etc.: eo magis apparebit illum et ipsius similes etiam scriptores sui ingenii videri voluisse. Achillis epitheta homerica aliquot mutuatus est Quintus sed ea quae Koechly. in Emendationibus et Observationibus in Quintum Smyrnaeum (Act. Societat. graec. Vol. II, p. 180.) composuit posthomerica sunt.

Πτολίπορθος epitheton supra omisi quod non solum Ulixi proprium est sed aliis quoque tribuitur. v. Duentzer. De Zenodoti studiis homericis. p. 163. N. 10. Locus Iliadis VIII, 371. sq. ubi Achilli tribuitur non commemoratus est a Nauckio Arist. Byz. p. 25. sp.

35. Venus. *Φιλομμειδὴς* tam stabile hujus deae est epitheton ut sic vocetur etiam quum belligerat. v. Schol. Il. *v*, 40. Fuerunt quidem qui hic *Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη* (pro *φιλ.*) substituerent sed falso. Comparari cum hoc epitheto potest *φαεινὴ* de sordida Nausicaae veste, v. Apollon. Lex. Homer. p. 820. Schol. ad Od. *ζ*, 74. et ad *ζ*, 58.: sunt autem et alia praeterea plurima. Hinc nata est illa distinctio epithetorum catholicorum quibus character indelibilis indicatur et specialium. v. Lob. De antiphr. p. 313. Venus *φιλομμειδὴς* est etiam apud Hesiodum Th. 989. et Nonnum XXXIII, 56. XXXV, 184. XLI, 205. XLVII, 316. quo-

[76]) Magna autem est epithetorum varietas quam Nonnus ad declarandam naturam *κόσμου* excogitavit iis locis quibus ipsum genus humanum intelligitur. Rigler. Melet. Nonn. Part. I, p. 14.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rum ille *Γλαυκονόμη φιλ.* Th. 25. dixit et hic *φιλ. δὲ γεραιὴ οἰνοβαρὴς Τρυγίη* XIV, 216. Cf. Naumach. 46. *μήτε φιλομειδὴς μάλα γίγνεο.* Forma *φιλομειδὴς* cum simplici *ῑ* reperitur Paul. Silentiar. ep. LII, 9. *φιλομειδέσιν Μούσαις* et in hymno apud Brunckium II, p. 517. v. 22. *φιλομειδέα* de Libero patre. — Venus *φιλομμηδὴς* a grammaticis inventa esse videtur; nam Hes. Th. 200. spurius et Manethonis locus II, 213. procul dubio corruptus est.

Ἑλικοβλέφαρος quod in Hom. h. VIII, 19. Hes. Th. 16. apud Pindarum et alios (v. c. Orph. h. LVII, 4.) Veneris est epitheton Pindarus ipse de Leda utitur Pyth. IV, 172., Simonides de Maja fr. XXVII, 2. (XVII, 2. Gaisf.), Quintus Cal. XIII, 470. et Constant. Manass. Compend. Chron. p. 20. (ed. Venet.) de Helena. Sed Achaei nunquam sic vocantur quanquam sunt *ἑλικῶπες.* Apud Homerum ipsum illud epitheton *ἑλικοβλέφαρος* nusquam legitur.

Sed nulla alia dea praeter Venerem ab Homero *χρυσέη* dicitur. Posteriores poetae nunc Venerem[77]) nunc alias deas et mulieres hoc epitheto ornabant ut *χρυσέη Λητὼ* Call. h. Del. 39., *χρυσέαι παῖδες εὐβούλου Θέμιτος* (de Horis) Pind. Ol. XIII, 8., *χρυσεᾶν Νηρηΐδων* Id. Nem. V, 7., *χρυσέας Νίκας* Id. Isthm. II, 26., *χρυσέαν Μοῖσαν* Id. ibd. VII, 6. (al. VIII, 12.)[78]) et *χρυσέα Ἑλένα* Theocr. XVIII, 28. *ὦ χρυσέα θύγατερ Διὸς* (de Minerva) Soph. O. T. 189. cf. Ellendt. Lex. Soph. T. II, p. 970. Ad deos applicatur a Manethone VI, 746. *χρύσεος Ἑρμῆς* et ab scriptore Cyneget. II, 9. qui sic Jovem Danaes amatorem vocat. cf. Paul. Silentiar. ep. XVI, 1. et ab hymnographo in Br. Anall. II, p. 518. v. 23. (de Apolline). Nunquam autem Homerus Venerem *πολύχρυσον* vocat qualis est Hom. h. Ven. 1. 9. Hes. Th. 980. sc. 8. 47. opp. 521. fragm. LIII, 3.[79]). Hoc enim apud Homerum urbium epitheton et hominum.

Ἀφροδίτη ἀφρογενὴς (Hes. Th. 196.) *ἐπιτραγία* (Plut. Thes. 18.) at *καλλίπυγος* (Athen. XI. p. 554. E.) ad seriorem aetatem pertinet. cf. Goettl. ad Hes. opp. 373.

36. Vulcanus. *Κυλλοποδίων* (v. Nauck. Aristoph. p. 215. 19.) idem significat quod *κυλλόπους.* Cum illo E. M. p. 130. 34. *Οἰδιποδίων* unde Oedipodionides ut Acrisionides confertur. v. Lob. ad Buttm. II, p. 439. Illud legitur Il. XVIII, 371. XX, 270. et in vocativo XXI, 331. ubi Scholiasta injuria absonum putat quod Juno filium hoc epitheto alloquitur. In Nicand. Ther. 458. Dorvillius ad Charit. p. 723. *Ἡφαίστοιο κυλλοίποδος* scribi vult pro quo Schneiderus *χαλαίποδος* edidit. De *κυλλοπόδης* v. Steph. Thes. Alia exempla cum *κυλλοπόδης* congruentia in paragrapho de Iride accumulavi.

Ut *κυλλοποδίων* non in Odyssea sic *κλυτοεργὸς* (Od. VIII, 34.) non in Iliade legitur, quod Agathias ad deam Fortunam transtulit ep. LXV, 5. *Κλυτόμητις* primum Vulcano tribuitur Hom. h. XXX. 1., *κλυτοτέχνης* homericum est

[77]) Hom. h. Ven. 93. Hes. Th. 822. 962. 975. 1005. 1014. opp. 65. fragm. CIII, 3 Christodor. 99. 147. Mimnerm. I, 1. Anacr. XXXV, 8. Theogn. 1293. 1328. Callim. fragm. IV, 1. p. 280. Philodem. ep. X, 6. Synes. epigr. II, Nonn. II, 603. XIX, 42. XLVII, 653. Orph. Lith. 463. Tzetz. Antehom. 70. Forma *χρυσείη* de Venere apud Homerum semel reperitur Il. IX, 389.

[78]) Cf. Tzetz. Chil. II, 283. *ἡ χρυσῆ Ὁμήρου Καλλιόπη.*

[79]) Callimachus Apollini tribuit h. Ap. 34. Plerique autem, prae ceteris tragici, homericum usum secuti sunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Il. I, 571. XVIII, 143. Od. VIII, 286. Hom. h. XXX, 5. pro quo Apollonius Rhodius III, 229. male τεχνήεις usurpat. v. Flor. Lobeckium Quaestt. ion. p. 72. sqq.; melius Solon πολυτέχνης (Ἡφαίστοιο πολυτέχνεω) fragm. IV, 49. Pro homerico χαλκεὺς (Ἀμφιγυήεις) Il. XV, 309. Quintus χαλκοτέχνης dicit II, 440. Ἀμφιγυήεις autem ipsum praeter Homerum et Hesiodum Antimachus fr. XV, 1. Quintus Sm. II, 139. Nonnus V, 580. alii praebent.

Finem huic dissertationi Lehrsii verbis imponam Quaestt. p. 320.: Hoc facile dici potest illis quae attulimus epithetis sive Dis sive hominibus apud Homerum solis et praecipue tribui solitis inter omnes poetas liberrime Nonnum uti: sed pauca erunt quibus non ante eum jam alii, partim antiquissimi, καταχρηστικῶς usi sint.

Eduard. Krah.

Errata.

p. 5. v. 9. et 10. scr. Οἰλῆος (bis). — p. 8. s. f. Ἠώς pro Ἠὼς. — p. 12. v. 18. leg. B. pro Br. — p. 13. v. 1. scr. πάϊς. — p. 16. leg. nominibus pro omnibus. — p. 17. v. 20. Murgent. pro Margun. — p. 21. v. 1. Ἑρμείας pro Ἑρμείας. — p. 22. v. 11. scr. Λῆϊτις. — ibid. v. 12. λῆϊτιδες pro λῇτιδες. — ibid. v. 23. Ἀλαλκομενηΐς. — ibid. v. 24. commemorantur p. 24. v. 2. scr. ἐρισφαράγου. Alla leviora vitia periti lectores facile corrigent.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf